nis aut cũ ciclamine.i.cum pane porcino vl cum folijs citri. ¶ Experimentum contra pediculos et lendines et pelliciatos in quacunqz pte corporis sint. R. thuris mirre aloes añ. ʒ.i. misceantur cum lardone porci et inungantur partes ubi generantur. Experimentum ad idem in omni parte corporis summantur grana staphisagrie et pistentur et misceantur cum vino acerbo deinde approximetur liniendo partes vbi generantur vbi nota q staphisagria que vocatur herba pedicularis a tota spẽ interficit pediculos etiam in aurib⁹. et ideo teritur et pulverizatur et supra carnes crudas aspergitur et datur auibus et occidit pediculos. vbi autem velis aues bene mundificare a corruptionibus pulverizetur aloes et aspergatur supra carnes crudas et dentur volatilibus de rapina viuentibus. ¶ Aduerte q purgato corpore fm exigentiaz humoris peccantis so mundicia corporis et cutis facta cũ balneo aque decoctionis absinthij et cum cõtinua permutatione pannorum lineorum alborum mundorum lecti et vestimentoruz impediret generationem pediculorum et generatos destrueret. Et cõiter aduertendum q multitudo pediculorum est signum primum ad lepram pro tanto quoniam sicut lepra generatur ex humoribus corruptis cũ diminutione caloris naturalis et ebulitiõe caloris extranei. ita etiam pediculi generantur ex humoribus corruptis cuz in eis incipit fieri ebulitõ. lz non sit tanta materie corruptio cuz fit generatio pediculorum cum igitur incõpletum precedit completum sequitur q pediculi vbi est corruptõ incompleta p̃cedunt leprã ubi est corruptio cõpleta. non obstante q materia pediculorum suscipiat spiritum uite et i lepre sit corruptio et mortificatio. sed hoc signum non est necessarium signum aduentus lepre sed est signum remotum quod põt multis modis impediri vt dictum est in curatione. lz.n. veniãt pediculi p viã mũdificatõis ñ tñ veniũt p viã mũdificatõis cõplete qr spũs vite in mã pediculi susceptus ex putrefactõe trarit originẽ. ¶ Vltio itelligẽdũ q pediculi pti generant a calore nãli mãz pellẽte ad exteriora q̃ circa cutẽ expulsa et nõ regulata a calore naturali et ibi retenta recipit caloreʒ extraneum et pp sui dispositionẽ putrefit et corrumpit et tandẽ materia illa cum declinet ad calidũ et humidũ suscipit spz vite sicut contingit in alijs alibus gñatis p putrefactionem.

De magnitudie capitis pueror. ca.xiiij.

Accidit alñ pueris vt exeãt cum magno capite et post exituz augumẽtetur ultra modũ. et hoc ɔtingit aut vẽtositate grossa generata i capite aut ex aggregatõe aq̃ incluse i eo et ei⁹ cã sepe ẽ obstetrix q̃ cuz eruit extra i fantẽ cõpmit caput et ɔñter orifitia uenarũ et currit sub cute sanguis aquosus et alñ sola humiditas. et qñz hec humiditas ẽ iter craneuz et cutem et tunc appet tumor et si cõprimatur digito cedit et sentit eger dolorem et mordicationẽ i ptib⁹ extrisecis. alñ aũt ẽ iter craneuz et piaz matrẽ et durã matrẽ et tũc eger sentit grauitatẽ iteri⁹ et cũ difficultate claudunt oculi. et alñ nõ pñt claudi assidue ẽt lacrimant et stant apti intuẽtes i vnũ locũ et hec nõ curat vt dicit auicena. ¶ Si vero sit extra craneuz et huiditas nõ sit multa incidatur cutis fm latitudinem. si vero multa fuerit secetur in cruce et in pluribus vicibus euacuet. deinde cum lissiuijs et vnguentis conuenientibus curetur. Et si caro non generetur cõsidera colorẽ ossis et si os fuerit alteratũ radat leuiter. Si vero humiditas sit pauca aut vẽtositas purgetur caput nutricis cum yeris magnis et caueat ab oibus ventosis: deinde in narib⁹ pueri iniciatur oleum amigdalar amar cuz oleo de been vel cuz aq̃ maiorane deinde fiat emplm capiti de olibano sarco cola serapino gumi arabico amigdal amaris aut pistetur alleũ cum cortice cũ modico olibani et applicet capiti roso. deinde mitte i narib⁹ d felle lucij. paruitas aũt capitis innãlis nõ curat.

De dolore capitis. cap.xv.

Scd͂m da siue dolor capitis est accñs ɔñs malã cõplonez. et qñ dolor apprehendit totũ caput appellat cephalea aut ouuz. et qñ apprehendit medietatẽ capitis appellat emigrãea. Qñ vero apprehẽdit min⁹ medietate appellat clau⁹. Et si fuerit tenẽs totũ caput et adeo fortis et huituat⁹ seu antiqu⁹ q patiẽs nõ possit tollerare magnã claritatẽ nec altã vocem appellatur dolor galeatus. ¶ Et causa hui⁹ in genere est triplex. s. mala cõplo diuersa. solutio cõtinui. aut vtrũqz. Cause eniz extrinsece sunt multe aut est cãus ãt pcussio ãt calitas solis ignis aeris aut vnguentum calm aut frigiditas aeris aut vnguẽtor frigidor aut huiditas aquar aut vnguẽtorum etc. aut est insuflatio fortis ventorũ meridio-

rialium vel septentrionalium aut vapores el leuati a rebus extrīsecis sicut a cadaueribus ab assa fetida ab aromatibus vt lilio musco ꝛc̄. aut cū respiciuntur putei antiqui aut motus magn⁹ animalis vt fortis ira ꝛc̄. aut corporalis vt cursus saltus coytus aut superfluus somnus aut vigilie superflue aut nimia inanitio aut repletio aut assumptio fumosorum seu vaporosorum ciborum vt alea cepe porri ꝛ vinum potens ꝛ vinū nouum fructus ꝛ nuces ꝛ similes cibi autē terribilis sonus vt tonitrui ꝛc̄. aut nimia coopertura capitis. Et signa harum causarum habentur ex relatione ab infirmo, ēt per visum tactum iuuantia et nocentia. ¶ Consideretur ēt si color est ruber aut citrinus ꝛc̄. tangatur si est caliditas aut frigiditas ꝛc̄. ¶ Cause intrinsece sunt duplices cum materia ꝛ sine materia. ꝛ hec cognoscuntur. nam si caput est graue sitr si inclinetur ꝛ subito elleuetur ꝛ sentiatur perturbatio aut etiam appareant superfluitates descendere ad pallatum oculos aut nares. si^m est ꝙ cum materia. si non. non Dolor autem fortis antiquus galleatus aduenit ꝓpter quasdam causas extrinsecas ꝛ propter quasdam extrinsecas. Cause extrinsece sunt due. p^a est frequens ꝛ multa ꝯmestio ciborum uaporosum sicut sunt alea cepe ꝛ similia de qb⁹ supra dictū ē. Alia cā ē nimia cooptura capitis sic ꝯtigit his q i pueritia assuescūt nimie cooptur̄ capitis ꝛ sp̄ i etatis ꝓcessu i sui capitis cooptura addēdo ꝓcedūt qn̄z duplādo qn̄z triplādo capitia vl̄ birreta ꝛ q qn̄z assuescūt i pueritia portar̄ pelles i capuceo ex hac n. nimia capitis cooptura caput nimis rarificat̄ calō inat⁹ rsoluit̄ ꝛ ex ꝯn̄ti caput vehemēter ifrigidat̄ ꝛ tādē mortificat̄. cāe itrīsece sūt due. s. fortis ꝛ itēsus cerebr itēsus ꝛ cū h ꝺbilitas nālis ei⁹. Pronostica° vrīa ut sbingaliū p̄ñtē capitis dolorē aut futurū significat. Itē vrīa cū circulo opaco significat dolorē capitis. Itē vrīa alba ꝛ tēuis i febrib⁹ acutis sine crisi significat dolorē capitis eo ꝙ mā rapit ad caput. Itē oīs dolor capitis tollēs sōnū ꝛ cibū ē mortalis. Itē dolor acutissim⁹ cū alijs mal̄ signis ē signū pnitiosū lz sepe significet crisiz ꝛ tūc ē cū signis bōis. Itē dolor ātiqu⁹ galeat⁹ inter oēs ē peor difficilis cure ꝛ freqn̄ter in sempiternū incurabilis. Item omnis dolor cum reumate maluſ. quia omnē rectā ꝯpōnez ipedit. Itē dolor ad quem sequitur apostema eductio oculorum aut nimia submersio est mortalis. Itez dolor capitis repētinus cum voce malus q2 apoplesiam significat. Item priuatio doloris capitis in febrib⁹ acutis mala. quia significat stuporem. Si vero dolor sit cuz materia tunc adest grauitas capitis. ꝛc̄. ꝛ tūc aut sanguis ē in causa ꝙ scitur ex rubedine coloris faciei ex apertione venarum i albo oculorum ex saliua dulci ex insomnietate q̄daz ꝛ ex augmentatione doloris i aurora oī die vsqz ad tertiam ꝛ tūc flometur cephalica si ꝯpro etas ꝛc̄. ꝯsenserint si non ventosetur ligent̄ ꝛ fricentur mēbra opposita ꝛ vtatur cibis generalibus paucum sanguinem cū stipticitate vt agresta vino granatorū ꝛc̄. oio vitet vinuz siue cā sit calida siue frigida eo ꝙ a ꝓprietate debilitat neruos ꝛ faci transite superfluitates ad caput q2 ꝑcutit mentez. assellet bis in die ꝛ si nō fiat clistere deinde alterētur frons ꝛ tipora cuz i°. ℞. olei. ro. vl̄ violati. ℥. ii. aq̄ rosate. ℥. ꝭ. aceti. ʒ. i. hoc. n. ꝯuenit ꝓhibendo ac sensuz vapor ꝛ alterādo caput ac ēt ꝯfortādo q2 stipticū. ubi vero virtus eēt debilis vt i infante albo ꝛ i sene. ꝛ textura capitis rara tepidū administret̄ q2 frigidū inimicū neruis. 5°. affo. si vero dolor ꝑseuerauerit tūc ꝯpetit hoc solutiuū. ℞. prunor̄ damascenor̄. xii. tamaridor̄. ℥. i. flor̄ boragis ꝛ bugulose an̄. ℥. ꝭ. ordei. ℥. ij. coquāt̄ i libr. ꝭ. aq̄ ꝛ buliāt vsqz ceperit virtutē haruz rer̄ ꝛ collatur̄ ifundat̄ ꝑ noctē mirabolanor̄ citrinor̄. ʒ. i. ꝭ. vl̄. ij. ꝛ de mãe cū manib⁹ exp̄matur deinde addatur. ℥. ꝭ. zucari albi ꝛ non rubei quia illud est calidus melle deinde addatur cassie munde. ℥. i. vel. ʒ. x. secunduz diuersitatem corporum ꝛ i aurora tribuatur ꝛ parum dormiat sed cum inceperit operari non dormiat deinde obseruētur ꝯsueta precepta medicoruz que non recitantur q2 praticantibus debēt esse nota hoc. n. medicamen ꝯuenit q2 q̄ ꝓsunt colere ꝓsunt sangui alterato ita dicit viaticus 2° libro ca^e de cā doloris capitis deiñ capiti aꝓrimetur medicamē fridū remouēs caliditatē ꝛ lenitiuū rmouēs resolutōez ꝯtinui sic icorporādo semē altee aut alia frigida cū aceto ꝛc̄. ¶ Si autem dolor ꝓuenirz ex colera ꝙ scitur ex mordicatione ꝛ adustione cum punctura ꝛ vigiliis cū citrinitate corporis non tamē cū multa grauitate capitis augetur tamen dolor de tertio in 3^m ꝛ marie i 3ª hora dici ꝛ tūc magis inse

stat añ cibum. et tunc si colla ē subtil digerat cum isto. ℞. endiuie scariole. añ. m. i. sumitatum papaueris albi. ℥. ij quatuor seminum frigidorum cōium. m. s. vuarum mundatarum. ℥. s. buliant in libr. ij. aq vsq ad ↄsumptionē tertie ptis collatura syrupizetur cū zucharo de quo detur singulo mane. ℥. ij. vel circa cū duplo aque tepide 2m antiquos sm vero modernos cum aquis ↄuenientibus ut aqua endiuie etc. Si colla esset grossa addatur radicum acori et cipi. añ. ℥. i. seminis basiliconis anisi feniculi. añ. ℥. s. et tunc non ponatur papauer quia ingrossat. ¶ Syrupus magistralis. ℞. ozizachare syrupi de endiuia. añ. ℥. i. s: syrupi nenufaris. ℥. s. quia infrigidat et dirrigit virtutem aliorum ad caput aque endiuie. ℥. iiij. aque capilliueneris aque bugulose. añ. ℥. i. s. et sic de alijs aquis frigidis secundum q medicus querit plus vel minus infrigidare etc. p duabus vicibus. Solutiuum ad idem et prie in forma liquida ℞. florum violarum nenufaris añ. ℥. i. florum sticados arabici. ʒ. i. q dirrigit ad caput prunorum damascenorum xij. tamarindorum. ℥. i. vuarum passarum ordei añ. ℥. ij. s. mirabolanorum citrinorum gumosorum infusorum per noctē in ℥. vj. pdcē decoctionis. ℥. s. vl circa secūdū qntitatē mē et tenorem virtutis exprimatur fortiter de mane deinde addatur cassie mōde. ℥. i. alr si passio esset fortis additur de ellecto de suco rosarum ʒ. i. vel. ij. Ad idem in forma ↄfectionis. ℞. ellectuarij de suco rosarum. ʒ. iij. cum zucharo fiat bolus et deauretur et administret in auro ra vl. ℥. s. de dyaprunis et sic de alijs ↄfectionibus ↄuenientibus. In forma pillarum. ℞. reu barbari. ʒ. ij. masticis. ℈. i. scamonee preparate spice nardi āna ℈. s. fiat magdaleō cum suco apij et cum vino dosis est. ʒ. i Et nota q pillule cōiter in soda sunt meliores qz potiones deinde vngat caput oleo ro. nenufarino aqua rosata et sic de alijs īfrigidātibus. ¶ Si vero mā dolorem capitis causās sit frigida tunc aut est cum reumate aut sine cognoscitur tamen ex colore albo sōno graui multitudine superfluitatum frigiditate capitis et timporum. dolor non est acutus sz grauis valde adest ibi fastidiū pigritia vrina est alba et spissa egestio non est tincta multiplicatur dolor cum grauitate in nocte. etas tempus ↄsuetudo regio regimē pteritum et sic de alijs ↄsentiunt et sic de multis alijs signis que habent ex ↄsideratione rerum nālium non nālium et pter naturam. ↄsidera etiam signa sumpta ab actione lesa qualitate mutata exeunte mutato vt patuit supra explicando signa aliqua. d hijs. ¶ Si ergo materia non reumatizat digeratur cum isto digestiuo. ℞. radicum cipe ri acori āna. ℥. ij. aristologie rotunde. ʒ. ij. interiorum squile. ℥. i. vtriusz saluie centauree minoris maiorane foliorum lauri betonice āna. m. i. rute liquiritie rosarum āna. m. s. seminis anisi siseleos florum roris marini añ. ℥. s. vuarū passarum mō datarum a nucleis ℥. s. vtriusq sticados. ℥. s. aceti albi. ℥. i. decoquantur in sufficienti qntitate aque clare. deinde cum melle et zucharo āna libr. s. syrupizetur sz artem. ubi vero materia esset multū frigida: pñt addi spēs he. s. gariofillorum cu bebarum pice piperis āna. ʒ. i. s. et erit delectabilior. dosis cōis est singulo mane. ℥. ij. cū duplo aquarum ↄuenientium ℞ecepta magistral. ℞. syrupi de sticados oximellis ↄpositi. añ. ℥. i. oximel sqlitici mel ro. añ. ℥. s. del cum aquis distillatis vt aqua saluie betonice añ. ℥. ij. aque mellise. ℥. i. s. aque florum roris marini. ℥. s. et sic de alijs vt aqua radicū et c. et aromatizetur cum modico puluere nucismuscate et gariofilorum vl pōt dari cū. ℥. v. aque decoctionis sticados nucismuscate ani si saluie. āna. ℥. s. zuchari rubei. ℥. ij. et sic de alijs aproprīatis. ¶ Si vero mā frigida reumatizet. ℞. foliorum cipressi saluie. añ. m. ij. ligni aloes. ʒ. ij. nucismuscate nuciscipssi. añ. ℥. s. buliant in aqua ↄuenienti mellis ellecti zuchari rubei añ. libr. s. syrupizetur sic decet detur cum aquis vt supra. ¶ Euacuātia flā de capite. po pille cocie rasis descripte nono almansoris cao io valde ↄueniūt dosis cois est. ʒ. i. alie ad idem. ℞. pillarum cotiarum. ʒ. ij. pulpe coloquintide bdelij. añ. ʒ. i. vel. i. s. reformentur cum syruo de sticados vl cum aquis maiorane betonice saluie añ. qzm sufficit dosis est ʒ. i. Ad idem pille cotie galieni. Ad idē in forma liquida. ℞. yerepigre. ℥. s. agarici. ʒ. i. spice croci añ. ℈. s: salisgeme. g̃. i. distēpel cum aqua decoctionis sticados saluie nucismuscate et anisi. ℥. v. vel. iiij. et est cōis dosis. ℞ecepta tū magistral pillarum ē. ℞. pillarum cociarum pillarum de yera añ. ʒ. s. reformentur vt supra et fiant septem pille deinde euacuata mā ↄfortetur cerebrum. ℞omū g̃ cōueniēs ℞. ligni aloes, sticados calamēti storacis ca-

lamite.anna.ʒ.i.laudani puri.℥.ſ.nuſcimuſcate gariofillorum ſeis baſilicõis anna.ʒ.ſ. pulverizent̃ ⁊ cum aqua roſata ⁊ maiorane in quibus ſit aliquid de muſco fiat pomuꝫ.pro divitibus autē addat̃ ambra ⁊ erit valid⁹ loco ēt aquarū pōt addi de balſami oleo āt ꝺ lilio āt de caſtoreo.ad idem vꝫ odorare nigellam torefactā i ſindōe ligatā. Si vero mlia ſit cā doloris capitis cuius ſigna ſūt prauitas coloris q2 fuſc⁹ plūbeus vel citrin⁹ frigiditas capitis ⁊ tiporum ſomnia terribilia vrina glauca ſubtilis ergō fetida citrina vel nigra dolor augetur poſt nonam vſqꝫ ad ſolis occaſum etas tps ⁊c̃.digaſtiuū cōe.℞.boraginis bugloſe. añ.℥.i.ſ.radicū feniculi petroſilij ciperi acori añ.℥.i.interiorū ſquile.ʒ.i. maiorāe ſaluie betonice foliorū lauri melliſſe fumiterre añ.m.i.ſeminū aniſi maratri baſilicōis aſari.añ ʒ.ij.liquiritice raſe vuarum paſſarū mūdatarū añ.℥.i.vtriuſqꝫ ſticados florum roſis marini. añ.ʒ.ij.florum bugloſe boragis.añ.℥.ij.aceti. ℥.i.buliāt in cōuenienti aqua ⁊ cū melle ⁊ zucharo.añ libr.ſ.artificialis ſyrupizentur de iſto dant̃.℥.ij.cum aqua tepida vel cū aquis a ꝓpriatis. Recepta magiſtralis.℞.ſyrupi de epithimo.℥.i.ſ.oximelis ſqlitici ſyrupi ꝺ fumoterre añ.℥.ſ.miſce ⁊ cum.℥.vj.aq̄ boragis bugloſe ſaluie nēnufaris annadet̃ in mane ¶ Ad idem.℞.ſyrupi de epithimo ſyrupi ꝺ fumoterre.anna.℥.i.oximellis ſqlitici ſyrupi de ſticados anna.℥.ſ. aque ſaluie betonice bugloſe meliſſe anna.℥.ij.fiat iulep pro duabus vicibus ⁊ aromatizetur cū modico nucíſmuſcate.¶ Et nota ꝙ digeſtiua materie frigide capitis debent actu eē calida uel tepida. Euacuātia primo ſi pillulis cocijs addatur ellebori nigri ſene ⁊ epithimi cōſolati. anna.ℨ.i.ita ꝙ doſis ſit.ʒ.i. cōueniunt: Ad idem valēt pille de lapide lazuli de lapide armeno vt pꝫ ꝑ meſue i antidotario.¶ Ad idē in fol[a] liquida.℞.mirabolanorum chebulorum anna.℥.i.turbith.ʒ.i. piſtentur ⁊ buliāt in libr.i.aque clare ⁊ in fine quaſi decotōnis addatur ſene ⁊ epithi anna.ʒ.i.ſ.⁊ non ponātur in p̄n[o] q2 reſolueretur eorum vtus ⁊ de predc̄a collatura dulcorata cuꝫ zuc[o] albo dētur.℥.iii.vel.iiii.in mane. In forma confectionis poteſt dari de dyaſene.ʒ.iiii.vel circa in die ſequenti in aurora tribue ergo de aurea alexandrina aut de tyriacha antiq̄.anna. ʒ.ii.cū.℥.iiii.boni vini poſſunt etiam de cog in vino gariofili nuſmuſcata.⁊c̃.maxime i ſenectute ⁊ in hyme deinde emplm cōueniēs capiti. ℞.marrubii abſinthii roſarum florum cāomille melliloti buliant in aqua cui addat̃ libr.℥.farie fenugreci ēplet̃ caput raſum. Saculus ad idem.℞.ſticados cāomille colamēti maiorane foliorum lauri.anna.m.i.nucū cipſſi corticū citri anna.ʒ.ii.nucíſmuſcate gariofilorum. anna.ʒ.i.macis ſpice ciperi calami aromatici pipis nigri.añ.ʒ.ſ.ex his pulverizatis fiat ſacul⁹cū pāno ſcarlatino ⁊ ex his pōt fieri vnguētū aut cerotum additis cera raſina oleis lilij nardini coſti ⁊c̃. Et ſi ex eis predc̄is aut ex aliqbus eorum ſuffumigetur cap̄ vna cum thure ligno aloes vnice mirra nuce muſcata iuuabit. Fiat liſſiuium in quo decoquatur ſticados flos cāomille foliculoruꝫ ſene foliorum lauri ſanſuci aſari añ.m.ſ. Cliſteria ꝯueniētia ⁊ ſilr lotōes ponūtur infra. vbi vero mē cāntes dolorez capitis fuerunt cōpōite ſigna erunt compoſita ſilr ⁊ cura dꝫ eē cōpoſita agrefiādo remedia ſuperi⁹ dicta ſm magis ⁊ minus iuxta dñiuꝫ hūorís peccātis i tali mixtura Et ſi iſto modo nō curet̃ poſſūt fieri duo cauteria lꝫ nō ſint i uſu vnū in añriori pte inter frōtē ⁊ iūcturam illō in poſteriori pte iter duo cornua capitis ⁊ repta ſūt iuuare vbi a[a] nō ꝯtullerit.¶ Si vero dolor capitis ꝓuenerit ꝑ cōitate ſeu ex ꝯpaſſiōe alteri⁹mēbri mādātis q2 lꝫ talis mā a q̄ pēdet nō ſit i capite per eēntiā ſꝫ ab alio mēbro ſibi cōmunicetur per viam deriuationis ſeu defluxus hoc contingit multipliciter ſm diuerſa membra mandantia nam ſi ꝓuciat a ſtomaco ſcitur ꝑ grauitatē ſtomaci nauſeā vomitū faſtidiuꝫ per malitiaꝫ digōnis ⁊c̃.et tunc ſi coléa peccat in ſtō dolor magis ifeſtat caput anna cibum.ſi ex flemate uel mlia magis poſt.¶ Nota tamen ꝙ omnis dolor capitis a ſtomaco a quacunqꝫ cauſa ſit minor eſt poſt cibum q2 cibus ipedit aſcenſum illorum vaporum.¶ Si ex epate ſentitur dolor i ypocūdrio dextro dolor eſt magis i dextra parte capitis propter colligantiam. ¶ Si ex ſplene eſt per oppoſitum.¶ Si ex ventre dolor eſt in añriori parte cum aliis ſignis dicēdis infra ſuo loco. Si ex matrice dolor ē circa occiput cū gurgulatione matricis ⁊ ſic de aliis.¶ Et tunc pro cura requiritur duplex i tentio prima eſt curare membrum mādans alterando euacuando deinde ꝯfortando.2[a].

eſt confortare mūdificare mēbꝛū cui mādat
.ſ.caput ne recipiat. ¶ Si ꝟo dolor ꝓueniat
ſex vētoſitate i capite ꝙ ſcitur ex troitu ⁊ ſtre
pitu ⁊ motu de loco ad locū tūc abſtineat a
vaporoſis vt ab alleis ⁊c̄.⁊ ſi eget purgatiōe
purget. ¶ Et ſi ꝓuenerit ex vento vngat cap̄
ex oleo ro.⁊ mirtino ſiſr diſtilet in auribus ⁊
naribꝰ aliqd de his vtatur zucharo cū corian
dro. ¶ Vbi cā ſit frigida corpe mūdificato
odoret muſcū ambrā ſuffumiget cū aniſo ſpi
ca nardi folijs lauri vngatur caput oleis cali
dis vtat aurea alexādrina. ¶ Vbi vero cā ſit
calida corpe mūdificato odoret roſas violas
ſādalos cāphorā ⁊ aquā roſatā vngat caput
oleis fris ⁊ vtatur rubea trociſcata. ¶ Si ve
ro dolor veniat ex vermibꝰ ꝙ ſcit ⁊ corroſiōe
dolore acuto pungitiuo pruritu naſi. ⁊ ſic de
aliis cura eſt remotio cāe antecedentis ꝙ di
cet in caᵒ de uermibꝰ ut qꝛ purget cap̄ ⁊ olea
de abſinthio ⁊ amigdalis amaris iniciātur ꝑ
nares ⁊c̄. ¶ Si vero ꝓueniat ex debilitate ce
rebri ꝙ ſcit ex magno ſēſu eiꝰ ēt qꝛ a quacūqꝫ
facili cā ledit ⁊ tūc purget caput ſi expedit de
inde vtat cibis facilis digōnis ⁊ ſūme abſti-
neat a vino potenti ⁊c̄. Deinde vtatur oleis ⁊
ꝯditis cōfortantibꝰ. ¶ Si ꝑꝑ febrē ꝯfortet ca
put cū oleo ro.mirtino ⁊c̄. Et idem fiat ſi ꝓ
uenerit ex ſupfluo coitu vtendo tūc cibis re
ſūptis ut uitellis ouoꝝ ⁊c̄. ¶ Si ex percuſſiōe
vngat locus oleis cōfortantibꝰ ut roſato mir
tino ⁊c̄.deinde flōthomet ſi adſit ꝯuenientia
ꝑticulariū.ſi nō.cliſterizet deinde detur me-
dicina laxatia. Et ſi ē vlnus alteret mala cō
plexio ⁊ ſic vltra ſꝫ ītentiōes q̄ occurrēt me-
dico. ¶ Cura aūt doloris capitis ex ebrietate
eſt vt ſtatiꝫ ꝯcedat caules ⁊ eoꝝ trūcos cito-
nia ⁊ pira ⁊ breuiter oīa ſtiptica. ¶ Puluis
n.p̄ſeruatiuꝰ ab ebrietate. ℞.coriādri ſicci ſu
mach berberis ſeis citonioꝝ ⁊ cauliū ſpodij.
aū.ʒ.i.cāfore: ℈.5.fiat puluis.ſꝫ ſi icurit ebrie
tatē ꝓcuret uōitus cū aq̄ calida ⁊ oleo aut cū
ſemie raphani atriplicis.bulito cū oximelle
⁊ intromittat ēt digitos.i gulla. Et ſi nō dor
miūt vngant manꝰ ⁊ pedes cū oleo ſale ⁊ ace
to ⁊ teſticuli in uiris ⁊ mamille i mulieribꝰ.
¶ Et ſi nō curat fiant cliſteria cū yerapigra
vngat cap̄ cū oleo ro.mirtino ⁊c̄. vbi vero do
lor capitis ſit multū fortis dr̄ galea ſiue ouuꝫ
⁊ fit cū malleatiōe ⁊c̄.tunc ſi cā ē calida flo-
bothomet p̄ᵒ 2ᵒ.multotiēs det de caſſiafiſtu
la aut fiat cliſtere ex decoctiōe violaꝝ malue
mercurialis cū caſſia ⁊ oleo violato ⁊ ſi non
aufert dolor inungant tipora cū oleo.ro.opio
ſādalis galla ⁊ cāphora addito modicꝰ croci.
Si aūt cā fuerit frida purget ſepe cū aloe ⁊
maſtice ꝯfectis cū ſuco abſinthij ⁊ mēte dei
de euaporet cū aniſo crudo cocto i aq̄ trahē
do vaporē ꝑ nares ⁊ ē exꝑtū. ¶ Idē opat ca
pipurgiū ſuci yreos idē aloes ſi cū oleo.ro.⁊
aceto diſſoluat aut cū ſuco cauliū ⁊ ide cap̄ li
niat. Idē facit potare vinū iſuſiōis uſuce.epi
thima a quacūqꝫ cā ꝓueniat ⁊ maxie i ſoda
tpali ſiue peryodica purgatiōe ꝯueniēti pre
miſſa ꝯueniēs. ℞.floꝝ cāomille mellilotí ro
ſaꝝ violaꝝ āna.ʒ.i.decoq̄nt i aq̄ ⁊ i ea ſbmer
gat ſpongia q̄ capiti ſepe reiteret. ¶ Ad ideꝫ
℞.olei violati neuufaris roſati.āna.ʒ.i.cāo-
mille lactis mulieris.āna.ʒ.ij.calefiat ⁊ ēbro
cet cap̄ ſi nō adſit reuma. Si ꝟo dolor ꝓue
niat ex vaporibꝰ extriſecis fetidis.attrahant
bōi odoreo tēꝑati ut roſarū violaꝝ ⁊c̄.⁊ ſi fue
rint calidi odorꝫ cāphorā ⁊ ſādalos deide at-
trahat ſepe ꝑ nares aquā roſatā i q̄ iſuſuꝫ ſit
aliqd de cāphora. Si ꝟo fiat odoribꝰ bōis ut
ex muſco odoret cāphorā. Si ex cāphora odo
ret muſcū ⁊ ambrā. Si ꝟo dolor fiat a ſolo
ne cōtinuitatis cū q̄ utpliᵐ mala ꝯplexio cō
plicat aduertēdū ē ꝙ ille dolor fieri pōt a ſo
lone ꝯtiui māifeſta vel oculta ⁊ ille dolor qñ
qꝫ ē i cuti capitis ⁊ carne exteriori ſeu i mu-
ſculis frōtis ⁊ tipoꝝ ⁊ qñꝫ ē i gingiua matre
tegēte craneū a ꝑte extrinſeca qñꝫ ē i pia vel
in duramatre ⁊ qñꝫ in pāniculis diuidētibꝰ
ſbam cerebri,⁊ in anfractibꝰ eius in ipa auteꝫ
ſba cerebri nꝰ accidit dolor qꝛ inſenſibilis eſt.
¶ Sꝫ q̄liſcūqꝫ fuerit hic dolor de mōis reci-
tatis ſimilis ē modus cure. Curetur ergo ut
expedit in p̄nᵒ cū ꝓhibētibꝰ fluxū materieꝝ
ad locū ⁊ malā cōplexionē ut cū oleo .ro.vel
albumine oui ꝯquaſſato vel cū eis ſimul mi
xtis ⁊ ſubſequenter cura ꝑficit ſicut curātur
vulnera māifeſta ꝯtuſiones vel vlcera in ſe
quēdo doctrinā Auic.4ᵃ.q̄rti.vbi hec mā ꝑ
tractatur Solutio aūt ꝯtinuitatis occulta q̄
eſt quedā extenſio pāniculoꝝ ſiue muſculoꝝ
curatus cū ſupradictis remediis euacuātibꝰ
⁊ reſoluētibus talē māꝫ facientem illā exten
ſionem ⁊ ſolonē ⁊ cōtinuitatis occultā. Clari
ficatio. Intelligendū eſt primo ꝙ in cura do
loris capitis maxime a mā q̄liſcūqꝫ fuerit il-
la materia pendente ſūme cōueniūt fricatio-
nes ⁊ ligature ex parte oppoſita.⁊ ventoſaꝝ

applicatiões ad spatulas nates τ crura τ generaliter oēs diuersiões.2°.itelligeñ ē q si vapores träsmittätur a stō τ maxime süpto cibo iducētis dolorē i capite assūmat infirmus post cibū decoriädris ɔfectis vel modicū de dyacitoniten cū zucchařo τ absq; aromatib⁹ vel de citonio cocto in vino pontico vel i prunis assato cū modico zuchari. ¶ Tertio intelligenᵐ ē q i cura sode seu doloris capitis ꝓueniētis a mala ɔplexiōe calida cū materia sāguinea vel colica sistente eēntialiter in capite τ non ab a° mēbro coīcata ordinato regimine vite vt supra dictū est τ lenitiōe vētris pmissa cuȝ cassia vel māna ab.℥.i.ʃ.vsq; ad.℥.ij.distemperata cū aqua endiuie vel cū decoctione cōi recēti vel saltē cū clisteri linitiuo fiat flōtbomia de cephalica vena vel de vena cōi si sāguis habundat in corpe toto τ in capite τ i q̄ntitate ɔueniēti ƀȝ virtutis tenorē τ particulariū ɔueniētiuȝ τ cū secūdatōe si expedit. Et si etiā colerica admixta tñ cum sanguine dominatur i capite vel i corpe toto eodē° ad flōtbomiā deueniatur in q̄ntitate τ hora cōɔuenienti. ¶ Post p̄dicta aūt ad digerendū talē materiā calidaȝ contentam in capite est solicite veniēdū vt si sāguis qui dñatur τ est cā huius male ɔplexionis atq; doloris i capite ē grossus subtilietur cū digerētibus sāguinē grossū dictis i cura febriū flāticaꝝ seu mři caꝝ τ i sūmula nřa allegata. Si aūt sit subtil' colicus seu sit cola pura vel ēt admixta cū sāguine digeratur.τ p° cū syr°acetoso simplici pmixto cū aq̄ simplici vel endiuie i ꝓportiōe maiori q̄ȝ sit ipe syr⁹ τ cū.℥.ij.syrupi misceat'.℥.iij.a ꝓ vna vice τ syrup⁹ violatus ēt multū ɔfert eodē° linfatus ad digerēdū talē mãȝ calaȝ τ marie colericā. ¶ Silr ēt valet digā mā vt solutiua euātia materiā colericā de qbus supra dictū ē administreť cū abstersiuo potu post medicie opōneȝ τ cū clisteri lauatiuo eadē die añ cenā vel saltem in seq̄nti mane ꝓ potu abstersiuo summatur vna scutella aq̄ ordei cū.℥.i.ʃ.vel saltē cū.℥.i. pulueris zuchari rubei. Quidā medici dāt brodium macrum pulle iuuenis cum zucharo rubeo sed pl's ɔuenit aqua ordei. ¶ Clistere lauatiuum sic fit.℞.aqua ordei libr.i.ʃ.pulueris zuchari rubei.℥.ij.misce. Et si expedit iteretur digestiuum τ farmacum solutiuum illa variando τ inouando 2ᵐ q expedit vt pro syrupo acetoso simplici detur oxizacra simplex vel alius syr⁹ proportionalis. Quarto intelligendum est q semper in decoctionibus q̄ sunt propassionibus capitis nō pretermittatur quin modicum de sticados vel de nucemuscata seu san suco securissime apponatur vt virtus tal' medicine portetur ad caput non obstante q mala complexio calida dñetur. ¶ Quinto itelligēᵐ q non soᵐ supradicti syrupi vel alij ɔsimiles seu aq̄ distillate vel decoctiones conueniunt ad digerendū quasdā materias ɔtētas in capite sed emplastra ēt embrocatiōes iunctiones odoramenta vaporationes τ suffumigia τ q̄cūq; aᵃ qūocūq; τ q̄litercūq; capiti approriata idē efficiūt ymo fortius opantur τ melius q̄ȝ sirupi. Et ideo in cura huius male ɔplexionis a qua ꝓuenit iste dolor τ soda laudaƭ τ ɔuēit vltra p̄dictos syrupos τ aq̄s odorara fridas res τ aqnas virtualiter fřas p nares attrahere vt aquam rosatā vel violatā τ siles τ caput inungere cū oleis frigidis vt cū oleo violato τ similib⁹ τ ipȝ caput embrocare τ vaporare cū decoctiōe facta i aqua simplici cū floribus camomille rosis violis floribus nenufaris corticibus mandragore τ papaueris foliis vitis τ salicis cum multa lactuca permixtis. ¶ Et hec fiant semper euacuatione premissa vsq; ad tempus status si expedit. Sexto intelligendum q i quibuscunq; embrocatiōibus frigidis q̄ capiti approximātur siue in vaporationibus semper cum illis apponatur de floribus camomille vt malitia frigidoꝝ si qua est aqualiter remittatur τ virtus medicaminum frigidoꝝ transeat facilius ad interiora. ¶ Subsequanter autem τ cum materia iam incipit declinare pro eius completa resolutione addatur in embrocatione p̄dicta plus ꝺ florib⁹ camomille τ ꝺsticados τ melliloto vsq; ad finem cure τ sic etiam fiat permixtio oleorum calidorum τ frigidorum adinuicem. ¶ Et si cum hoc etiam in corpore toto adhuc pseuerat dñium sanguinis vel alioꝝ humoꝝ admixtoꝝ cū sanguine secure iteretur flobotbomia de vena cephalica vel cōi ēt in quocūq; tempore morbi τ sit q̄ntitas sanguinis extrahendi ƀm virtutis tenorem τ pticularium ɔuenientiam τ ƀm iudicium periti medici. Et si dolor iste prolongatur atq; perseuerat ita q crōicus.fiat predictis omnibus iam factis τ ordinatis est licitum τ cōueniens venam frontis vel nasi flomare obseruatis cōditionibus supradictis τ maxime

cũ rubedo apparet i occulis ꝛ ĩ facie tota cũ dñio sanguis. Silr etiã in hoc casu appositio vẽtosaꝝ ad spatulas cũ scarificatiõe est vtilis ꝛ ꝯueniẽs. Et si doloꝛ adhuc pseuerat reitera re ꝯuenit remedia supius pmissa p oꝛdinez. 7º itelligẽm ꝙ si soda seu doloꝛ capitis a ma la ꝯpleriõe frigida cũ materia fiat flematica. s. vel mlica etiã lenitio vẽtris cuz cassiafistula vel cũ mãna est a medico pmittenda distem perata tamen cũ decoctione cõi absolute pro lata addito quid modico i ea de sticados vel de sansuco. Et clisteria cõia sepe fiant vt ven ter lubricus teneatur i quibus semper. ℥. i. ye repigre ponatur. Sic etiã regimen cibi ꝛ po tus alioꝝ cõtrarioꝝ huic male ꝯplerioni cuz diligentia oꝛdinetur sicut in cura flematicaꝝ ꝛ mellencolicaꝝ in sumula nostra febriũ habe bitur deinde sine tpꝛis interuallo pdictis oꝛdi natis ꝛ factis ad digestiua oꝛdinate procedat ꝛ pº cũ syrº de sticados cuius dosis est vsqꝫ ad. ℥. ij. limphato cũ aqua feniculi vel sansuci ꝛ subseqnter digã materia vna de medicinis eũantibus flema seu mellencoliã superius po sita secure sũmatur. vel loco eius. ʒ. i. de pillis cocijs secure sũmat vel. ʒ. i. de pillis de yera pigra q̃ traduntur a nicolao in suo antidota rio addito vno vel duobus granis dyagredij vel ẽt nõ addito dyagredio ſm iuditij periti medici. Et ipa yrapigra assumpta i dosi vsqꝫ ad. ℥. i. distpata cũ decoctiõe cõi addito stica dos ꝛ sansuco. licet sit in gustu displicibilis ẽ sũme ꝯueniens ꝛ oximel ꝯpom pmixtũ cũ sy rupo de sticados in processu pre omnibus cõ fert ad digereñ mãs frãs ꝛ grossas ꝯtentas i capite cũ vna de spuradictis aqs. ꝛ sic iteran do syrupos pdictos vel alias decoctiones ꝛ aquas medicias solutiuas ꝛ pillas de qbus supradictũ ẽ semper cũ additione pdicta. reꝝ poꝛtãtiũ virtutes pdictaꝝ medicinaꝝ ad ca put vsqꝫ ad finem cure. Et sic ẽt ẽ ꝓsequẽdũ cuz embrocationibus ꝛ inunctionibus ꝛ face lationibus factis ex rebus virtualr calidis in ferius dicendis in cura male complerionis seu doloꝛis facti a mala ꝯplerione frigida si ne materia. ymo in hac ẽt qñqꝫ ꝯueniũt sub tilioꝛa ꝛ calidioꝛa predictis. ymo rubificantia caput seu uesicantia seu cauterizantia ꝛ ma xime sup cõmissura coronali vt tal materia frã facilius ad exterioꝛa respiret. Que autem sint ista remedia dicentur in cura catarri.

¶ Expedit insuper ꝛ qñqꝫ cum cura irregula ri procedere vt cum doloꝛ multũ infestat tũc narcotica exhibere possumus ꝛ debemus ꝓ sedatione doloꝛis ꝛ sic filoniũ nouiter factuz. a sex mensibus vsqꝫ ad annos duos est sũme ꝯueniẽs cuius dosis ẽ de sero post cenã vsqꝫ ad. ʒ. i. s. cũ modico vini calidi. ꝛ ipsuz ẽt plu ries rei terare debemus si necessitas cogit ad illud quia vt plurimũ ẽ iuuatiuum in hac cu ra ꝛ silr ẽt ꝯfert in mala complerione calida cũ materia ꝛ sine materia i eadẽ dosi sumptũ ꝛ per oꝛa cũ vio. Et syrꝰ de papauere ad hoc idẽ multũ ꝯfert ꝛ iuuatꝰ ꝛ omnia somnifera qualrcũqꝫ administrata. dicta ꝛ põita in cu ra instantie vigiliaꝝ in 2ª pte huius operis i sumula. s. febriũ vbi ẽt ponitur inunctio talis ad frontẽ tpoꝛa aures ꝛ nares. ℞. olei de pa pauere. ℥. i. cassielignee croci añ. ℈. i. opij teba rici. ℈. s. fiat bõa pmixtio ꝛ inũgant loca pre dicta ẽt sũpto cibo. ¶ Supradicta aũt reme dia localia si cã doloꝛis ẽ i vna pte capitis tãtũ supficialis ꝛ nõ ꝓfũda pncipaliter po nant ꝛ fiant sup loco doloꝛis. Et si talis cau sa sit ꝓfũda i pãiculis cerebri seu in gingiua matre oĩa remedia dicta super coronali cõ missura apponant nã ex illa pte uirtus medi caminũ facilꝰ trãsit ad interioꝛa. Et si doloꝛ ꝛ grauitas in toto capite existat remedia lo calia fiant ad totũ caput. ¶ Ultimo itelligẽ dũ ꝙ si soda seu doloꝛ capitis fiat p cõitatẽ ab aº mẽbꝛo. pncipaliter intẽdat ad ꝯfortati onẽ tal mẽbri ad euacuationẽ talis materie cõtente in eo secũdũ humoꝛis dñiuz cũ eua cuantibus illum. ꝛ ad illum principaliter in tendendo ut si sanguis dñetur in eo fiat flon thomia modo et oꝛdine supradicto. Et si alij dñentur humoꝛes digerantur ꝛ euacuẽtur cum digestiuis ꝛ farmacis suis a propriatis ut supradictum est ꝛ ut dicetur in huius ope ris parte secunda scilicet in sumula febrium ꝛ subsequenter intendatur ad materiam iaz transmissam ad caput. Et hec sufficiant ꝓ cura sode seu doloꝛis capitis emigranee ꝛ cuiuslibet male complerionis existentis in capite a materia dependentis. ¶ Si vero doloꝛ capitis fuerit sine materia tunc si ta lis soda seu doloꝛ capitis pendens a mala complerione sine materia fit per essentiam in ipso capite curatur tunc solum cum regi mine opposito seu contrario tali male cõplo ni ꝛ cum alterãtibꝰ oppositis illi ut si sit ma la complerio calida curatur cum frigidis

appositis super caput et frontem et maxime super cōmissuram coronalem in parte anteriori ut facilius et securius virtus medicaminis transeat ad partes magis intrinsecas si expedit. ymo usque ad substātiā cerebri vtamur ergo pro hac cura oleo ro. et vio. ac etiā nenufario et quā oleo de papauere cū querimus somnum inducere vltra remotionem predicte male cōplexionis. Sepe tamen vnū de predictis oleis permiscemus cū suco lactuce vel semperuiue et quā cū suco solatri cū querimus infrigidationē maiorē et quid modicum etiam cum eis permiscemus aceti vt coclear. i. vel. ij. petias in eis infusas sepe apponendo. et quā aquā endiuie vel aquā cucurbite vel violatā apponimus ad eandem itentionem. ¶ Ab his aūt frigidis et similibus istis appositio caueatur oīo ne fiat ī parte posteriori capitis maxie prope p̄n^m nuche nisi talis mala cōplexio esset ibi cutanea nō profunda. Odoramenta etiā frigida multū conueniunt in cura huius doloris facti a mala cōplexiōe calida et iulep rosatum et violatū assumptum cū aqua frigida similiter conueniunt et syrupus acetosus simplex cū aque endiuie seu cum aqua simplici etiam laudatur eis si talis mala cōplexio pduraret dolorē inducens.

¶ Et si corpus aliqualem replerōnē haberet maxime in stomacho et in intestinis linitiuū solū detur ex cassia et ex māna cū decoctione coī recenti in dosi et mō et ordine declarādis et ponendis in summula nr̄a febrium i 2ª parte huius opis. ¶ Clisteria lenitia ne feces exicentur in intestinis fiant s̄m q̄ expedit tpr congruo hec tamen mala cōplexio calida sepe in breui tempore per se ipam remouetur solū disco hopiendo caput et regulando regimē uite ut cōuenit Principaliter q̄ntum ad cibum et potum et maxime cū fridis alterantibus. ¶ Si autem dolor capitis fiat a mala cōplexione frigida sine mā sicut sepe cōtingit p̄misso regimine cibi et potus conuenienti et aliarū sex rerum non naturalium et apposito suo cōtrario huic male complexiōi et facta linitōne uētris si expedit sicut statim in mala complexione calida dictum est cum cassia fistula vel cum manna distemperata. tamen solum cum decoctione coī absolute prolata cui addatur modicum sansuci et sticados iungatur caput in parte anteriori et in loco doloris cum oleo camomelino et liliaceo immo etiam cū rutaceo et similibus istis si talis mala cōplexio frida sit multum excedens et si ēt modicum vini subtilis albi odoriferi pmisceatur cū predictis olīs vel aliquo predictorum erit utile et cōueniēs et similiter suc⁹ feniculi pmixtus cum eis ac etiam de perse ē iuuatiuus et aq̄ ei⁹ distillata et aq̄ de sticados et aq̄ sansuci similiter et cōferūt et pāni cali poi:i sr̄ cap̄ ēt suffumigati cum thure summe cōferūt et suffumigiū thuris p se solū et nigelle similiter cōfert huic cōplexioni fride sine materia. ¶ Si aūt mala cōplexio sicca sine mā fuerit in cā doloris et sode ordinato regie cibi et potus et aliorum et premissa linitione si expedit pp replexionem aliq̄lem in intestis et stomaco ne fumi vapores vel corpulēta mā pp dolorem traheretur ad cap̄ fiat postea inunctio ī pte anteriori et in loco doloris capitis cum oleo de amigdolis dulcibus et pinguedine pulli vel cum mucilagine fenugreci et seīs lini et similibus addito modico aceti quia cōueniēs est ut cum oībus supradictis inunctionibus seu oleis pmisceatur vt virtus taliū facilius trāseat in ptes intrinsecas et ut uiscositas olei incidatur. et similiter confert uaporatio facta cū floribus camomille sticados et melliloto et malua et uiolis decotis in aqua cuius vapor uacuo stomacho recipiatur ad caput. ¶ Si āt fuerit in capite mala complexio humida sine materia licet dolorē nō faciat de pse curari tamen debet cum regimine opposito tam cibi q̄ȝ pot⁹ et aliarum sex rerum non naturalium et cum linitione uentris facta eodem modo ut ī alijs complexionibus dictū est. et subsequenter cum exicantibus caput est procedendum vt cum suffumigio facto cum sola nigella et cum nucemuscata vel cum bacis lauri et sansuco vel cū granis iunipi et cū thure quia summe cōueniunt. Et si cap̄ ēt embrocetur q̄n talis mala cōplexio eēt intrisecus et pfūda supra comissurā coronalē et sagitalē q̄ sunt in pte an̄riori capitis cū decoctione in lissiuio facta ex rore marino lauro sticados asaro. i. bacchara sansuco atque nigella erit summe cōueniens. Et similiter confert sacellatio apposita sup̄ caput ad eandē intentōem reōtiōis hui⁹ male complexionis huide facta ex rosis florib⁹ camomille sticados nucemuscata cipis thure nigella calamento mirto et similibus istis. Et cum ponitur super caput suffumigetur prius cum gallis cupressi modo grosso contusis vel cum modico thuris. ¶ Et cum patiens cibū assūmit saculus ille remoueatur a capite nec postea

apponat nisi trib⁹ horis trāsactis admin⁹ ne vapores cibi pmixti cū mā existēte in stomacho trahant ad caput. ¶ Similiter ēt cōfert in hac mala cōplone fricatio facta cū aq̄ uite super cōmissura coronali ⁊ odorat⁹ ipsi⁹ cum ad nares apponitur nec min⁹ cōfert eodē mō vsus ipsi⁹ in mala cōplexione frigida cerebri. Et si de tyriaca antiq̄ sūmat saltē semel in septimana vsq₃ ad.3.i.⁊.5.ieiuno stomacho ⁊ añ diē abstinēdo postea a cibo ⁊ potu p horas quinq₃ saltē ⁊ maxie in hyeme ⁊ vltima pte autūmni ⁊ prima parte veris erit vtile ⁊ conueniens ꝓ remotione vtriusq₃ male cōplexionis.s.frigide ⁊ huide.⁊ subsequēter doloris exñtis in capite.⁊ fricatio facta cū pāno lineo aliq̄lr aspo sup cap̄ añ oē₃ cibū est sūme conueniēs ⁊ multo magis si pān⁹ fit aliq̄lr calefact⁹ ⁊ suffumigat⁹ cū thure ⁊ pectinatio capitis seu ipsi⁹ fricatio cū pectine ꝯfert. ¶ Cū āt supradicte male ꝯplexiones vel aliq̄ ex eis ad inuicē ꝯiūgunt cū regie ⁊ cura cōposita ꝑm modū ⁊ ordinē supradictū sic i oīb⁹ ꝓcedat ⁊ fiat.⁊ remotio capillor̄ cū forpicib⁹ sp ē vtilis ⁊ cōueniēs i cura cuiuscūq₃ doloris capitis seu cuiuscūq₃ male ꝯplōis sistētis i eo. ¶ Fluxus ēt sāguis ē iuuatiu⁹ valde i passiōib⁹ calidis capitis.siue fluat ex narib⁹ siue ex emorroydib⁹ siue a mrīce. ¶ Et hic est finis cure sode seu doloris capitis emigranee ⁊ cuiuslibet male ꝯplexionis sistentis in capite.

Capm̄ 16m̄ de scotbomia ⁊ virtigine.

Scotbomia ⁊ ꝟtigo sūt ꝓpe ⁊ p se passiones sꝰus cōis ⁊ ex ꝯñti sūt ēt passiōes ꝟtutis ymaginatiue male iudicātis ⁊ ex ꝯñti vtraq₃ ē pa⁹ uisus.q₂ corruptio uisus.l₃ sunt dñtes ꝑ₃ magis ⁊ min⁹.q₂ l₃ i vtraq₃ fit uisus corruptio ⁊ mala appentia i sꝰu cōi.⁊ malū iudiciū i iaginatia. ¶ Dñt tñ q₂ scotbōia ē dipō p⁹ ad ꝟtiginē.Est.n.scotbōia cū som obtenebratio a₃ ⁊ reuolo q̄dā i spiritib⁹ cerebri absq₃ cāu patiētis ad terrā. ¶ Vertigo āt ē cū patiētis iaginat q̄ res sup ip₃ reuoluāt ⁊ q̄ cor⁹ ipi⁹ ⁊ cereb₂ reuoluūt in gir₂ qr nō regit se ita firmiter ut stare possit ymo cadit ad terrā āt cogit sedē nisi appodiet se seu adhereat reb⁹ uicinis ut parietib⁹ vel ab aliquo teneat vel iaceat sup lecto. ¶ Dñt ēt ex alio q₂ in ꝟtigie oia appent moueri i gir₂ q₂ mā q̄ ē ei⁹ cā ē magis subtilis cū vētositate iclusa in huido uiscoso q̄ nō h₃ exitū ⁊ iō mouet in gir₂. ¶ In scotbōia aūt nō ē sic q₂ mā est magis grossa ⁊ subtilis q̄ non mouet i gir₂ ⁊ vr patiēti q̄ videat muscas.vñ dr̄ scotbōia a scotbos q̄ ē videre et mias q̄ est musca inde scotbōia quasi visio muscarū. ¶ Potest ēt vertigo cāri a cā extrinseca vt ex fixo aspectu ad rē que in girū reuoluit ut ad rotā molādini velociter motā āt ad nubes fortit currētes aut ad aquā ipetuose motā.vel cu₃ aliquis se ipsum reuoluit uelocissime in girū ut consueuerunt pueri vel cum ab alto quis respicit in locu₃ ꝓfundum ut si quis fuerit in cacuminibus altissimoru₃ montium aut turrium vel pontium aut nauium ⁊ respiciat inferius. ¶ Causa imediata est reuolutio spūu₃ in cerebro ⁊ oculis contentorum que aliūde prouenit a causis extrinsecis vt a causis superius dictis vel a cāu ⁊ percussione.⁊ quādoq₃ ꝓuenit a cā intrinseca ut pp huōres malos corruptos in cerebro existentes ⁊ vapores ab eis elleuatos spibus cōmistos maxie in parte anteriori cerebri aut ascēdētes a stomacho vel ab alio membro vel ēt a toto corpore.fit.n. ꝟtigo a cāis intrinsecis. qñq₃ p essentiam contentis in cerebro qñ₃ p cōitatē alicuius membri pticularis.⁊ qñ₃ per cōitatē totius spūs cerebri ⁊ ventriculorū eius in gir₂ mouentibus oppillando ptiatr nō in totū vias trāsitus spūum aialiu₃ ad membra sꝰibilia ⁊ motiua. Signa si passio est de materia sistente in cerebro tunc est continua et sentitur in capite grauitas ⁊ tinitus in auribus ⁊ malitia olfatus. Et si prouenit a stomacho est cum grauitate stomachi nausea ⁊ abbominatione ⁊ interpollat.⁊ si vapor elleuetur a sanguine corrupto apparent corpa rubea ⁊ si ex cola appent citrina ⁊ si ex flāte apparent alba.⁊ videtur sibi in somnis q̄ sit in aquis. Et si ex mēia apparent sibi corpora nigra ⁊ videtur sibi q̄ trāseat per loca obscura.⁊ angusta. Pronosticatio. Iste dispositiones pronosticantur epilensiam ⁊ apoplexiam.ideo si patientes vtantur malo regimine cito cadunt in eas. ¶ Cum ergo hec vertigo frequentat ita q̄ sepe ueniat initiat epilēiam ⁊ quandoq₃ applēiam. Item urina alba tenuis cum circulo grosso scotbomiam significat. ¶ Cura si fiat vertigo seu scotbomia a mā sanguinea sicut sepe ꝯtigit seu ab humorib⁹ alijs admixtis cu₃ sanguine ab eius prin⁹ fiat flōmia cephalice uene si particularia consentiant.si ꝟo pticularia nō ꝯsē

tiant uel flo[a] nō conceditur ab infirmo vel ex alia causa prohibetur stante dominio sanguinis ꝛ alioꝝ huōꝝ admixtoꝝ cū sanguine fiat appositio ventosarum ad spatulas ꝛ nates cum scarificatione ut conueniens quātitas euacuet sanguis exinde ꝭm virtutis fortitudinem ꝛ etatem ꝛc. Fricationes insuper ꝛ ligature dolorose brachiorum cossarum ꝛ crurium omnino sunt necessarie i hac cura ꝛ maxime cum ab inferioribus membris mā capiti cōicatur. in quo casu ēt repssiua cōueniunt apposita fronti temporibus ꝛ sup cōmissura coronali. ¶ Similiter ad idē ꝯfert coriādruȝ cōfectū cū zucharo assumptum post oēm cibum ꝛ citonia cocta inter prunas cū zucharo uel sine ꝛ q̄cunq; alia stiptica ꝓhibētia ascensum vaporum ad caput maxime cum mouent a stōacho sicut sepe ꝯtigit. ¶ Expedit insup ut regimen cibi ꝛ pot⁹ sicut ꝯuenit in passionibus capitis reguletꝰ ꝓhibēdo vel minuendo vinum q̄ꝫto pl's est poſe ut meli⁹ cura perficiatur ꝛ cum digitus ac etiam euacuatiuis ꝓcedere ꝭꝫ diuersitatem materie illa vt expedit variando vsq; ad finem cure. ¶ Clisteria ēt aliqualiter acuta de his que inferius dātur in cura subet ꝛ somni materialis sunt utilia valde. ¶ Qꝛ si materia vertiginez faciens in cerebro sit cōtenta nec aliūde sibi cōicetꝰ si sit mā calida sicut frequēter euenit curetꝰ sicut curatꝰ mala cōplexio calida cum mā ad quā succedit dolor in capite seu soda. ꝛ de cura eius fuit supra diffuse tractatum. Et in hac cura conueniunt ad deponendum talem materiā gargarismata sternutatoria odoramenta ꝛ a[a] deponentia seu trahentia ꝛ resoluentia materiam contentā in capite. ꝛ hec omnia sunt dicta superi⁹ i cura ꝓdictarū malaꝝ cōplonū capitis cū mā. s. i cap[o] de dolore capitis i gnāli. ꝛ ēt dicēda sūt i cura subꝫ ꝛ sōni innālis. ad i[a] ḡ capla recurratꝰ ꝓ cura ītegra vertigis. Itē ois vertiginosus vitet imaginari ꝛ videre oēs res q̄ cū ipetu seu velociter ł gixꝫ mouetꝰ sic nubes q̄ vn̄ uolatꝰ ꝛ oia similia. Item omnis vertiginosus vitet uidere loca ꝓfūda q̄ si coact⁹ fuerit iuxta ipa trāsirꝰ transeat subclusis palpebris ꝛ cum imaginatione ad supiora. ¶ Itē ois vertiginosus uitet ne moram faciat iuxta solē vel ignem vel in aere multum luioso vel in loco tumultuoso. quies nāq; ꝛ sōnus tpatus ꝛ morā[i] loco obscuro vel saltem nō multū luioso ꝛ recenti iuuamentum afferunt in hac cura. nec ꝓpōs tur linitio uentris cū cassiafistula vel cū manna ꝛ fiant clisteria abstersiua ꝛ linitiua ꝭm q̄ ventris dispō erigit ꝛ requirit. Si vero mā fuerit flātica vel colica vel mlica ꝓ digiuis euātiuis ꝛ alteratis recurre ad ca[m] precedēs ¶ Sed quia hec materia haꝝ dispōnum vel pli[m] cōtinetꝰ in sto[o] iō pille Nicolai sine quibus eē nolo ꝯuenire vn̄r. Et si cola sit in causa duplica mirabolanos citrinos. si flēa duplica chebulos ꝛ agaricum. si mlialin dos duplica ꝛ sene. ¶ Ad idem valent pille auree nicolai maxime si cola fuerit in causa ꝛ cōmunis dosis haꝝ pillaꝝ est. ʒ. i. premissa digōne humoris peccantis ꝛ q̄ꝛ materia ē corrupta frequēter addatur in omnib⁹ fumusterre ꝛ potissime cū peccat cola siue indigerendo siue euacuādo. deinde insequēti mane exbibe ℥. i. dyaboraginati si multa fuerit in causa. si flā. ʒ. ij. auree alixandrine vel. ʒ. i. tyriace antique cum. ℥. 4. boni uini. vbi vero materia sit flā ꝛ cola. ℞. pillarum cochiaꝝ pillaꝝ de yera Gal. aā. ʒ. 5. reformetꝰ ꝛ dentur in aurora ut supra. ¶ Cliste[a] ꝯuciētia dicentꝰ i ca[o]. ō palisi. Sꝫ q̄ꝛ hec materia exn̄s i stō sepe incitat ad uomitū iō i aptis ad vomitū cū alijs cōueniētib⁹ occurre. ℞. seis atriplicis asari. aā ʒ. ii. radicū rafani siluestris. ℥. 5. decoquantꝰ. in. ℥. iiii. aq̄ usq; ad cōsūptiōeȝ q̄rte partis ꝛ in collatura addatꝰ olei cōmunis. ℥. 5. croci aceti aā. ʒ. i. bn̄ cōq̄ssentꝰ ꝛ detꝰ medietas in hora caliori diei post assūptioneȝ cibi vnctuosi. ¶ Ubi vero flā capitis eēt i causa ꝛ n̄ possꝫ euāri solutio tale gargarisma ē conueniēs si eger n̄ ē disposit⁹ ad egritudies pulmōis. ℞. piretri piperis macropiperis zinziberis. aā. ʒ. i. sinapis. ʒ. ii. radicum yreos acori masticis aā. ℥ 5. calamēti. ʒ. ii. buliāt in libre. i. 5. aque vsq; ad ꝯsūptiōeȝ tertie ptis ꝛ collature addatꝰ mellis dispuāti. ℥. i. yere pigre. ℥. 5. sūmat duo coclearia ante prādiū ꝛ cenā ꝛ gargarizet ꝛ diu ꝛ postea eiciat extra. ¶ Ad idem vꝫ masticatio masticis vel ēt piretri ligati i pāno lineo ꝛ isusi i uio albo vel aq̄ calida. alr fortē lederet cerebrū acuti sbus. ¶ Capipurgiū ad idē. ℞. aq̄ maiorane. ℥. 4. aceti squillitici. ℥ i. usice. ¶ Ad idē uꝫ attractio per nares suci edere. Item si ex foliis pimpinelle fricentur nares facit fluere huitates ab eis. sternutatoriū ꝯueniēs. ℞. nigelle sinapis condisi anna. ʒ. i. modicū insuffletꝰ in naribus.

De epilensia. Capitulū.xvij.

¶ Si ex kisti fellis ꝛc.vrina ē multū colorata cū spuma subcrocea aut viridi ē vniuersalis prurit⁹ maxime si ex colera cū minoratiōe appetit⁹ fastidio cū vomitu colerico ꝛ oris amaritudine. Si i vtraq̄ ꝑte ē oppillatio egestio est partim humida ꝛ partim sicca. Item si ex sanguine color declinat ad rubeū fuscū. Si ex colera ad citrinum. Si ex flāte ad albū:si ex melēa ad nigrū liuidū.si ex ventositate nō mutatur color faciei vrina nec egō. ¶ Si ex causis extrinsecis scitur ex inditio ꝛc. Si ab alijs membris scitur ex passionibus eoꝝ. ¶ Pronosticatio. Oppillatio epatis fere est mater omniū egritudinū eius. Itē hoc iducit hydropisim aut apostema aut febrē aut colicā aut illiacam aut fluxū ꝛc. ¶ Cura perficitur i qnq̄ intentionibus.prima est aperire venas meseraycas epatis ꝛ hoc fit syrupis vt cū oximelle cōposito ꝛc.ꝛ ellectuarijs vt cū dyalaca. ꝛ ytacalamento ꝛ dyacurcuma de qua sūmat sepe ante cenā.ʒ.duas. Aut cū ista stelladia experta.℞.foliculoꝝ scene squinanti thimi polij camedreos camepitheos bdelij been assari nucismuscate scolopendrie añ.ʒ.duas ex his fiat caretū cū vino albo ꝛ zucharo. Aut cum isto puluere.℞.zinziberis albi anisi ana.ʒ.me diā cimini capari seminis agni casti ameos ana.ʒ.duas puluerizentur.zuchari ad pōdus omniū.ꝛ hoc ēt valent in oppillatiōibus splenis. ¶ Secūda intentio est alterare malā cōplexionē adequare materias ad expulsionē. ꝛ hoc fit cū dictis in capitulo antecedenti secūdū q̄ materia fuerit in causa.vt si fit materia adusta purgetur cum aqua decoctōis reubarbari scene epithimi ꝛc. Si ex materia viscosa vel gipsea cum oximelle squilitico digeratur vel cōposito purgeť sepe cū turbith reubarbaro mixtis cum melle rosato collato. vngatur epar cum oleo de spica ꝛ aceti parum. ¶ Tertia intētio est cōfortare cōplexiōes ꝑ

prias epatis et stomachi ne nutrimentum crudum epar recipiat. et hoc fit cum confectionibus vnguentis et aliis supius dictis. ¶ Quarta intentio est subtrahere materiam ad longinquum et ad oppositum vt flobotomando saluatellas vtriusque manus aut venas concauitatem amborum pedum. et hoc maxime confert in egritudibus epatis et precipue in yctericia. et hoc fiat secundum tenorem virtutis et magne egritudinis exuberantiam. ¶ Quinta intentio in regimine sex rerum non naturalium consistit. vnde vinum sit subtile maxime post purgationem nam in habundantibus colera rubea vrinam prouocando et coleram expellendo canales epatis et kistis mundificat. Abstineat a calidis ascendentibus vltra tertium gradum. Et a frigidis vltra primum vitet coitum vinum dulce nouum surgat a cibo cum appetitu et sic de aliis. ¶ Et nota quod cicorea coriandrum portulaca a proprietate remouent oppillationes fellis epatis et meseraycarum. Item succus epatice et flores sambucorum cum aqua lactis si de mane sumantur mirabiliter ad hoc conferunt. Idem flores tamarisci etc. aqua cicerum rubeorum

¶ De apostematibus epatis. Capitulum .x.

Apostematum epatis quedam sunt in sinu siue in concauo eius quedam in gibbo quedam in lacerto qui est supra epar: quedam in mirach quedam in venis meseraycis. Item est quedam sunt humorosa quedam ventosa quedam calida quedam frida quedam resoluuntur aut saniantur. quedam terminantur ad sclirosim. ¶ Signa. Cum epar apostematur febris continua concomitatur dolor dextri hypocundrii grauitas et malitia decubitus super latus dextrum maxime cum est in gibbo. est etiam tussis sicca vomitus et singultus angustia spiritus et hec sunt fortiora tamen est secundum magis et minus: vnde si calidum febris est fortis cum siti et ariditate lingue que in principio est citrina deinde fit nigra. Item vrina rubicunda in colore vrgens spissa in substantia obumbrata et confusa manifeste linens supius cum spuma crocea apostema epatis calidum significat. Et nota quod accidentia sunt molestissima. ¶ Si vero sit in concauo signa sunt ablatio appetitus singultus vomitus celeris constipatio ventris sitis friditas extremitatum tussis angustia. ¶ Si fridum omnia sunt remissiora: vnde si sit de sanguine vrina est rubea spissa pulsus magnus latus mollis color faciei rubeus cum fuscedine oris habitudo sanguinea etc. Si ex colera vrina est rubea acuta cum spissitudine quadam eo quod epar non mandat ad loca propria pulsus durus velox diuersus sitis magna amaritudo oris tussis sicca color citrinus etc. Si ex flegmate febris lenta nausea sitis nulla vrina pallida spissa pulsus paruus mollis pauca duricies etc. Si ex melancolia sub costis tangitur res dura vrina glauca subtilis pulsus paruus strictus et durus color fuscus etc. ¶ Item si supra lacertum extra apparet figura longa. et si ita in transuersalibus. Si in vtroque apparet in modum crucis. Si in gibbo epatis apparet in modum lune noue: si mirach sepe non est febris. si in meseraicis vrina est turbida et dolor sentitur versus vmbilicum. ¶ Pronosticatio. Fluxus ventris in apostemate epatis malus. Apostema gibbi terminatur tripliciter aut per sudorem aut per vias vrine aut per fluxum sanguinis narium. Apostema concaui terminatur aut super sudorem aut super fluxum ventris. Apostema gibbi peius est quam aliud. Apostema durum epatis nisi curetur cito generat hydropisim quia generat oppillationem et illa indigestionem. et illa aquositatem et illa hydropisim. Item si apostema splenis mutetur in apostema epatis pessimum. si econuerso minus malum. ¶ Cura horum apostematum satis potest trahi ex dictis in capitulo de apostematibus stomachi. Si ergo est apostema sanguineum flobotometur de basilica dextri brachii. deinde vtatur syrupo conuenienti sanguini. Et si in isto esset tussis addatur syrupus candi penidii ana. ℥.ß. draganti. ʒ.ii. ordei mundi. ℥.iiii. Et de isto syrupo summat mane et sero et in nonis cum aqua calida: vnde si est in concauitate epatis addantur radices feniculi petrosilini et clisterizetur sepe cum aqua ficle. Et multum stude quod venter sit lenis et post duos dies vel sic purgetur cum decoctione tamaridorum prunorum etc. cum ʒ.i. reubarbari. vbi autem esset in gibbo incipiatur cura cum diureticis fridis vt cum solatro sempuiua etc. deinde cum epithimatis fridis. In principio ergo emplastretur epar isto. ℞. sandalorum omnium ʒ.ii. farine ordei. ℥.iiii. camphore parum cum aqua rosarum aut succo semperuiue fiat emplastrum. et addatur parum aceti. In augumento decoquatur farina ordei in succo absinthii aut cum aqua rosarum et carnium citoniorum et aceti albi parum et cum oleo rosarum. fiat emplastrum. in statu vero maturatiuum conuenit. ℞. radicum lilii violarum ana. M.ß. farine ordei ℥.iii. seminis lini. ℥.i. et .ß. vuarum passarum enucleatarum decoquantur in aqua et cum assungia porci vel butiro fiat emplastrum. vel potest fieri ex maluauisco pistato lib. ß. cum farinis predictis addendo cipi sgnatui ana ℥.ß. armoniaci dissoluti in aceto albo. ℥.ß. terbentine. ʒ.ii. cere. ℥.ß. vtatur sanie ordei quia abstergit et non facit acgrere oppilationem et festinat eius penetrationem vt dicit Auicenna. vtatur omni die de triasandalis cum zucharo ro

fato. Si fi is adest vtať zuchbaro violato dra
gaganto. Rupto apate quod scitur per vrinā
aut egestionem famosam ⁊c. vtatur mundifi-
catiuis saniei vt aqua decoctionis quatuor
seminum cum zuchbaro aut dyaprunis cū zu
charo violato aut trifera reubarbarata aut si
at syrupus ex absintbio spica nardi scolopen
dria endiuia semib⁹ frigidis cū zucaro. ¶ Si
apā sit ex colera cura est cōsimilis huic: sꝫ so
lutio ventris ⁊ vrine ꝓuocatio sit maior ⁊ me
dicine oēs sint frigidiores. ¶ Cura apātis fri
gidi curatur q̄si sicut oppilatio aut sicut apo
stema calidū quod paratū est ad maturatio-
nem. ⁊ dictū est supra ꝙ medicine conuenien
tes maturatiue diuretice ⁊ aperitiue ⁊ subti/
liatiue: oportet tamen vt in eis sit virtus aro
matica ⁊ stiptica. Fiat ergo syrupus cum ra-
dicibus feniculi ⁊c. yreos acori camedreos eu
patorii. ⁊ sic de aliis. Deinde purgeť cū deco
ctione kebuloꝝ reubarbaro ⁊ squinānto bibat
bis in die de oximelle cōposito vnciā vnaꝫ ⁊
mediā cum aqua decoctiōis caparis ameos
amomi vncias quatuor aut cū ista. ℞. yringo
rum yreos eupatorii pedis colūbini. gnqꝫ ra
dicū vt feniculi ⁊c. ysopi acori endiuie ⁊c. vn-
gatur isto. ℞. olei ð lilio nardino camomelino
añ. vncias duas cū gūmis vt bdelli serapini
oppoponacis armoniaci ana vnciā mediam
pulueris acori sqnāti capari añ. dragmas du
as. ex his cū cera pōt fieri vnguētū. ⁊ cū ter-
bentina cerotū: ⁊ cuꝫ farinis dictis supra ⁊ pi
guidenibus emplastrū dyacosto vtať oi die
in mane aut dyaprassio cū vino calo. ¶ Si ex
melācolia ⁊ fit scirotizatū nō euadit aliqs vt
dicit Auic. Curanť ergo solū in pncipio: dige
ratur ergo mā ꝟm ꝙ decet. deide purgeť cuꝫ
decoctione fcā ex mirabolanis idis scene epi
thimo reubarbaro aut cū decoctiōe appropa
ta cū cassia ⁊ dragma vna reubarbari: vēter
ēt sit largus facta purgatione flobotomeť de
saphena eiusdē ptis aut cōtrarie si corpus sit
plectoricū. aut de saluatella man⁹ dextre tra
hatur tamē paꝝ de sanguine. deide fiant lo-
calia in qbus sit lenificatio cū aptione oppil-
lationū domināte. equalis resolutio ⁊ subti/
liatio ⁊ calefactio tēperāta cōfortādo semper
cum aliquibus stipticis aromaticis ⁊c. Ciba
ria sint boni chimi vt vitelis ouorum ⁊c.

¶ De fluxu sanguinis epatico. Capᵐ. xi.

Fluxus sanguinis epaticus est flux⁹ san-
guinis virulēti. aliquādo veniēs ab epa
te. aliquādo ab aliis mēbris. Cāe extrinsece
sūt casus ociuꝫ incōsuetudo exercitari suaui
tas vite mēbroꝝ detrūcatio. ⁊ sic de alijs. Si
ab itra tunc aut ꝓuenit ab epate aut ab aliis
mēbris vt a stōacho meseraicis aut itestinis
aut ex apātib⁹ vicinātib⁹ epati aut a toto cor
pore. ¶ Si pp epar. aut pp apā. aut a debili
tate ꝟtutis cōuersiue ita ꝙ chilus nō cōuer
titur in puꝝ sanguinē: ⁊ tūc expulsiua mittit
ad itestina. aut pp opilationē. qꝛ epar bn̄ dige
rit sꝫ sanguis nō penetrat ad mēbra. ⁊ tūc rō
ne more denigrať ⁊ videť ꝙ sit sicut frustrum
carnis aut sanguisuge. aut accidit pp aptionē
venaꝝ ⁊ hoc tripliciter: aut vena scindiť: aut
corrodiť. aut frāgiť. ¶ Signa si a causis extri
secis sciť ex relaxatōe. Si ab alijs mēbris sciť
ex passiōib⁹ eoꝝ vt si a stōacho dolor ē ibi idi
gestio ⁊c. Et si ab apāte est ibi febris si aliūde
venerit ē coagulat⁹ niger. Si ex fractura ve
ne est mult⁹ clarus ⁊ venit subito. Si pp cor
rosionē est virulētus turbidus ⁊ venit paula
tim. ¶ Si ex apāte est saniosus. ⁊ differt iste
fluxus. qꝛ iste ē sine dolore ꝑiodalis ⁊ post ege
stionē apparet quedā pmixtio. Si a stōacho
egestio est chilosa grauedo est in stōacho. Si
ꝓueniat a friditate sanguinis videť putrefa
ctus sꝫ ē modicus fetor. Si a caliditate fetor
est magnus cū maiori putrefactiōe ⁊ nigredi
ne. ¶ Pro cura sit generalis regula. ois flu
xus quomodocūqꝫ si fuerit cū aleuiatōe ⁊ bo
na tollerātia nō restringiť. Sed si eēt sintho
maticus adhuc nō restringať subito. sꝫ paula
tine dūmō ꝟtus tolleret. ¶ Et iō cura cōsi
stit in q̄tuor. pmo in cōfortatiōe epatis. scdo
in cōfortatōe intestinoꝝ ne debilitenť ex eo ꝙ
ex epate fluit ⁊ currit. Tertio in cōfortatione
stomachi vt appetat ⁊ digerat ꝟm ꝙ decet.
Quarto in resūptione corpis ne ericceť. Et li
cet q̄ perficiāt has intētiones ex dictis supra
hēri possūt. tamē de vnaquaqꝫ istaꝝ succinte
diceť. Pria ergo itētio tā applicatis intra ⁊
extra pficiť ab ifra sit prio hic syrup⁹. ℞. corti
cū. v. radicū diureticoꝝ oium ana vnciā vnā.
lingue ceruine capilliueneris endiuie epatice
plātaginis oium ana. M. v. anisi carui berbe
ris capari rosaꝝ oium añ. ʒ. ii. spodii cuscute
añ. ʒ. i. addať pomū vnū citonij passulaꝝ. ℥. ii.
fiat syrupus cū libra media zuchbari. Et po
natur ibi vini citonioꝝ. dosis est. ℥. i. ⁊. v. cū vi
no calido si nō febris sit. Et de quarto in q̄r
tum aut de quinto in quintum. addať in col/

latura.ʒ.i.reubarbari. ¶ Ellectuariũ ad idem. ℞.pulueris dyarodõ tria sãdalorum rosate nouelle ana dragmas duas. Ex his potest fieri ellectuarium confectio claretum et cetera Trocisci de rosis iterdũ cũ pdicto syrupo valẽt.et ita trocisci de spodio. Trocisci tñ i hoc vltimi.℞.reubarbari vnciã mediã. seminis apij absinthij assari ana dragmã vnã. amigdalarum amararum vncias duas fiãt trocisci et dẽtur dragme due cũ vino de mãe. ¶ Ab extra ɔfortet epar isto.℞.sãdalorum rosarum ligni aloes ana dragmã vnã cinamomi garioflloium ana dragmã mediã absinthij dragmas quatuor citoniorum vnciã vnã. bulliãt i vino albo subtili et aceto citoniorum. deinde epithimetur epar et si vrina discolaretur et flegma i egestiõibus multiplicetur augumẽtentur calida.et si ecõtra vt qr sit febris vel egestiões declinãtes ad sanguineas vel colericas minuãtur calida et augumẽtentur frigida. ¶ Intestia ãt ɔfortẽtur isto.℞.coctanorũ foliorum mirti.camomille plãtagis absinthij oium añ.bulliãt i vio et ieiuno stõ per iferius recipiat fumum per traiactorium. Ab extra infũdatur filtrũ in pdicta decoctiõe et vẽtri applicetur maxime i meridie. ¶ Stomach⁹ cõfortatur sic.℞.carniũ citoniorum librã vnam.cinamomi gariofilorum ana dragmas tres cardamodi.nucismuscate ana dragmã vnã.croci parum. puluerizẽtur et cũ zucha⁹ fiat ellectuariũ aut cõfectio et vtatur p⁹ cibũ hec eni digestiua et apitiua cõfortat. Ab extra iungatur oleo masticino añ cibũ. Resũmẽtia totũ corpus fiat balneũ aq̃ dulcis et i exitu vngatur pectus et dorsũ cum butiro recẽti. et fluxu diminuto põt vti cibis resumptiuis vt lacte testudinibus ellectuario restauratiuo.et sic de alijs. in principio tamẽ vitet que oppilant epar etc.

¶ De ydropisi. Capitulum.xij.

Ydrops ẽ egritudo mãlis cui⁹ cã ẽ mã frigida exuberãs et ingrediẽs mẽbra.nã mã flegmatica exuberat i yposarca. vẽtosa i timpanite aquosa i asclite. Est ergo hydrops error virtutis digestiue i epate et virtutis vnitiue ɔsequenter a toto corpore.et hui⁹ tres sũt spẽs.pma dr yposarca: cuius cã mãlis ẽ flegma aut sãguis flegmatic⁹ habũdãs i corpe q delegatur ad mẽbra. et cũ nõ sit eis nutrimẽtũ ɔueniẽs ibibitur i porositatibus eorum et tumorẽ causat i mẽbris. ¶ Cã efficiẽs ẽ dupler. pncipalr vt frigidas epatis et debilitas caloris naturalis rõne cuius humor flegmaticus generatur. Alia coadiuuans vt mẽbrorum debilitas sicut stomachi splenis et specialiter itestinorum. ¶ Ca tipanitis est duplex.mãlis vt vẽtositas ideo sonat vẽter. Efficiẽs cã ẽ duplex pncipalis est debilitas epatis q̃ potest causari a caliditate eius excedẽte resoluẽte calorẽ naturalẽ q resolutus cõuertit chilũ i vẽtositatẽ aut aquositatẽ et sic fit asclites. Cã coadiuuãs est debilitas epatis: et sic patet q asclites. et tipanites sũt a cã calida antecedẽte licet coniuncta sp sit frigida. ¶ Mod⁹ igitur generatiõis harum ẽ. Nã cũ deficit digestiua epatis nõ generat pfectos humores nec segregat. et tunc si potest mittere ad extra vt ad totũ corpus trãsmittit qd nõ cõuertitur i porositatibus. et ide generatur yposarca. Aut solũ trãsmittitur ad extra debiliter: et tũc cõuertit istã materiã in vaporẽ et p porositates resudat ad siphach. et mirach et ibi causat tumorẽ vẽtris aquosum aut vẽtosũ. volũt ergo medici q asclites causetur errore mũdificatiue renũ et vesice.sed tipanites ex errore stomachi cõuertẽtis materiã in vaporẽ sed quomodocũq3 sit pncipalr digestiua epatis patitur. ¶ Cãe vero extrinsece sunt vt casus percussio et cetera nimia caliditas et frigiditas nimius fluxus sanguinis vt ventris et sic de aliis. Si ab intra aut est ab epate aut ab membris. tunc alijs membris. ¶ Et si ab alijs possunt esse omnia membra a quibus epar compatitur.aut cum quibus habet colligantiã aut vicinitatem et sic virtus digestiua epatis debilitatur et minoratur. aut propter stomachi passiões. aut pter morbos meseraycarum.aut propter mẽbra vicina vt intestinorum matricis vesice renum splenis dyafragmatis pulmonis et sic de alijs. Si pp epar cõmuniter ẽ pp tria aut pp morbos ɔsilef.aut officiales aut cõmunes.cõsimiles sicut ẽ mala cõplexio frigida est imediata causa huius et mala cõplexio calida faciens ad exalationem caloris naturalis quo exalata succedit frigiditas. et officialis est sicut oppillatio apostema et cetera.exemplum cõmuniũ morborum patet. ¶ Signa future hydropisis sũt.cũ preter solitum lõgo tẽpore supfluitates que consueuerũt expelli retinẽtur: vt vrina egestio et cetera.secundũ signũ est cacochimia et preter solitum mala coloratio et quãdoq3 iflamat mirach et testiculi.et aliquãdo intenditur appetitus et aliquando minuitur et aliquando accidit in cõmissuris et i gigiuis calidas et pruritus pter

vaporē corruptū ascēdētē. ꝛ fit corp⁹ ꝺbile. si ex caliditate epatis fit cachochimia adest sitis caliditas extremoꝝ vt i plātis māuū ꝛ pedū aliqñ cū febre aliqñ sine. mixta siccitas vētris pu⁹ appetit⁹ asꝑitas ligue rubor vrie absqꝫ do lore forti sub dextro ypocōdrio ꝛ sic de aliis. si a frīitate adest sold vētris cū mollicie corpis corruptio caloris cū tūore faciei pu⁹ appetit⁹ cū grauitate ꝛ dolore sub dextro ypocūdrio. Itē vrina alba tenuis sube liuēs liuore vł in sūpficie ꝛ cuꝫ ē spuma alba hydropisiꝫ de cā fra significat. ℭ Signa p̄sētis hydropisis sūt. iflatio pedū ꝛ oculoꝝ corruptio coloris decliuis ad citrinū aut ad fuscū. difficultas haneli tus tussis sicca tumor vētris ex aquositate i undāte si agitel. sitis ītertiguibilis diminutio appetit⁹ cibi p̄ter potus appetitū. Itē vrina russa vel rubea liuēs q̄si liuore vł asclitē significat. ℭ Signa tipanitis ꝓp̄a p̄ter cōmunia sūt egressio vmbilici ꝛ mag⁹ tēsio i mirach i modū tipani iō cū ꝑcutitur sonat q̄si vter i flatus ꝛ nō īflal pedes vt i aliis spēbus nō ē tāta debilitas vt i aliis ꝛ sic de aliis. ℭ Sig⁹ hyposarce sūt tumor vł̄is totius corpis. pulsus vndosus. egestio alba. ꝛ si cōprimal caro cū digito apparet vestigiū digiti. vēter nō est ita tumidus vt i aliis specieb⁹. vtplurimū vrina est alba vel lactea spissa. ℭ Sed nota ꝙ in vtraqꝫ spē vrina pōt eē colorata. ꝛ iō ex colore vrine nō potest argui sup caliditatē. ℭ Tipanites aūt ꝛ asclites differūt ab hyposarca. q̄ illis duab⁹ cōmuniter gracilāl supiora ꝛ inflāl inferiora ꝛ eminet vēter. In yposarca est iflatio totius. Itē lꝫ egestio sit sāguinolēta in istis duab⁹ spēbus. nō tñ ē alba sicut i yposarca. ℭ Itē ista pl⁹ causal vitio tertie digestiōis asclites pl⁹ ꝑꝑ secundā ꝛ tipanites ꝑꝑ p̄maꝫ digestionē ꝛc̄. ℭ Pronostica⁰. Ois hydrops i acuta febre ꝯtinua vix aūt nūq̄ꝫ cural. Et si seq̄l durū apa epatis nūq̄ꝫ cural nisi i p̄n⁰ forte. ℭ Qñ i hydropico fiūt remedia ꝯueniētia ꝛ eger sētit se aleuiatū ꝛ post tres vł quattuor dies. iteꝝ reciduat ꝛ fiat hoc sepe nunq̄ꝫ curabił. ℭ Flux⁹ vētris adueniens hydropico sine alieniatiōe mortale qa aliquādo possibile est ꝙ euēt de mā hydropisis ꝛ ꝑ secessuꝫ ꝛ ꝑ vias vrinales fetor hanelit⁹ sputi sudoris ꝛ eoꝝ q̄ a corpe egrediūt signa sūt mortis. Qñ egestio hydropici ē sic sanguis coagulat⁹ ꝓrim⁹ est morti. Vrina bicolor mortalis est vt cū ē russa inferi⁹ ꝛ liuida supius. aut cū ē rubea su perius ꝛ nigra inferius. ℭ Iteꝫ si hydropico

dispnia ꝛ difficultas hanelit⁹ adsint ꝛ flux⁹ vētris ītra tres dies moriel. Itē qñ ꝓrurit⁹ accidit i naso. Vł mollicies apparauerit i facie ꝛ i manu sinistra aut dextra ꝛ vrina sit alba ꝛ lactea ꝙ morił i ꝫa die. Item hydropisis epatis peior est q̄ꝫ q̄ a splene vel ab aliis mēbris ꝓueit. ℭ Itē asclites deterior i iter oēs spēs. Secūdo tipanites. Tertio yposarca q̄ ē min⁹ mala. ℭ Vlcera i hydropico sūt difficił cure. ℭ Itē vrina alba i colore tenuis i suba liuēs i liuore vł i sūpficie ꝛ cum spuma alba hydropē de frigida cā significat. ℭ Cura generaliter cōsistit i gnqꝫ. p̄ i regimie sex reꝝ nō nāliū ꝛ p̄seruabit ēt ab hydropisi. ℭ Parcāt ergo cibis ꝛ potibus quātū possūt ꝛ maxime vitēt potū ꝛ oīa brodia nisi i die solutiōis super oia tolleret sitiꝫ. Vtał pane ordei vio claro subtili albo liphato cū aqua decoctiōis seminis feniculi vel ameos amomi. Vtał volatilibus mōtanis ꝛ aliis laudabilibus cibis assatis vtplīn cū sinapi. cū isto puluere. ℞. ʒi ʒi. gagāge. ꝫedoarie anisi maratri ameos siseleos. añ. ʒ. i. spice nardi calami aromatici. coriādri p̄parati añ. ℥. ʃ. pulueriꝫēł. ℭ Insuper vtał oī mō. ruta. serpilio saluia apio nasturtio calamīto auellanis assis ꝛc̄. ℭ Non dormiat i die vllo mō vtał exercitio forti vitet balneū aq̄ dulcis aer declinet ad siccū ꝛ sic de aliis. scd̄o curel cū coaprātib⁹ mā vt sūt digerētia. Si g̊ a calitate epatis vł apate calo digestiuū si tale. ℞. scolopēdrie endiuie capilliueneris añ. ℳ. ij. semis feniculi petrosilij cuscute añ. ℥. ʃ. spice nardi spice celtice añ. ʒ. ij. spodij sādaloꝝ rubeoꝝ añ. ʒ. i. ꝛ. ʃ. eupatorii. ℳ. ʃ. aceti albi. ℥. iij. cū zucharo albo fiat sirup⁹ de q̄ del. ℥. i. ʃ. cū aq̄s ꝯueniētibus i aurora. Clistere ꝯueniēs ad idē. ℞. feniculi anisi mellilo ti tribuloꝝ añ. ℳ. i. semis endiuie cicoree lactucaꝝ cipi añ. paꝝ decoquāł i libr̄. i. ʃ. aq̄ ꝛ colature addał. ℥. i. ʃ. zuchari vel mełł olei camomille vł d̄ aneto vł de lilio salis paꝝ purgeł semel i ebdomada. Soluētia i hydropisi. ℞. floꝝ borragis fumiterre violaruꝫ añ. ℥. ʃ. ligr̄. mūdate iniubaꝝ passulaꝝ absinthii añ. ℥. ii. prunoꝝ. x. spice nardi. ʒ. i. coquāł i sero capꝛino ꝛ isūdał corticis mirabolanoꝝ citrinoꝝ. ℥. ʃ. deiñ exp̄mał ꝛ i exp̄ssiōe addał. ʒ. i. reubar. ꝛ cassie ℥. i. ℭ Ad idē valēt pillł de reubarbaro cū pillul de mezereō que sūt valde fortes ℭ Ad idē ℞. succi radicū ireos. ℥. i. facta residētia bulliat sol⁹ vel cū zucha⁰ ꝛ sūmał cum ouo sorbili vel cū sero caprino. Vel pōt fieri

syrup⁹ solutiu⁹. ℞. radicis yreos recētis libr. .i. folioꝝ laureole. ℥. ſ. īfūdāꝉ p dies duos naturales in ſucco citonioꝝ ꝛ aceto. incorporēꝉ cum ſucco roſarum. ꝛ de iſto datur pondus qnqꝫ gnoꝝ ordei. ꝛ erit vna pillula ſoluēs plurib⁹ vicib⁹. Vł decoquāꝉ i aq. vł cū zucharo fiat syrup⁹ ꝛ de iſto deꝉ paꝝ. i tipāite aūt purgeꝉ ſemel i ebdomoda cū. ʒ. i. iſtaꝝ pillularuꝫ ℞. reubarbari. ʒ. ij. carui ameos amomi aā. ʒ. i. colognitide turbith ſcamōee aā. ʒ. i. ꝯficiāꝉ cū ſuco eupatorij. h. n. a ꝓꝓ̄etate ꝯfortāt ſto^m^ reſoluēdo vētoſitatē ꝛ expellēdo hūidū. et vbi nō eēt febris fiat cliſtere cū decoctōe ſupi⁹ dicta addēdo cētauree. ℳ. ſ. collognitide paꝝ agarici. ℥. ſ. ❧ Ab extra aūt supponaꝉ epati emplm ex ſādalis roſ. faria ordei cū ſuco ſolatri ꝛ modico aceti. aut emplaſtretur ex ſuco abſinthij plātagis roſaꝝ cipis cū faria ordei ꝛ aceti paꝝ. ❧ Sup ſto^m^ fiat ſaculus ex milio furfure ꝛ modico ſalis. ❧ In aſclite pmiſſis vtib⁹ vt ſupra vtaꝉ syrupo ꝯpoſito aut oximelle. ꝛ ſic de alijs exiccātib⁹ hūiditatē abſqꝫ calefactōe pmiſſa ēt purgatōe cū iſtis pillulis fortib⁹. ℞. laureole lactis miſceaꝉ cū zucharo ꝛ lacte ficuū fiāt pillule vt cicer ꝛ ſūmat vnā vel duas. deide fiāt empła plus ꝛ mius reſoluētia. ſcōm tollerātiā egri. ❧ Cōfectōes ſunt dyacimīnū dyac ardamomū aut dyagalāga cū dyacurcuma vel dyalaca. trociſci de laca de eupatorio de abſinthio. ꝛ vbi eēt febris miſceaꝉ cū triaſandalis ꝛ dyarodō. ❧ Et lꝫ emplaſtra multipliceꝉ pñt variari in aſclite vt dictū ē tñ iſtud ē ſatis cōmune. ℞. olibani maſticis mirre aā. ℥. i. granoꝝ lauri. ℥. ij. cipi coſti aā. ℥. i. ſ. ſtercoris vacaꝝ hircoꝝ capraꝝ ꝛ ouiū exiccati ꝛ pluerizati aā. ℥. iiij. ſulfuris ſaliſnitri aā. ʒ. i. pluerizēꝉ ꝛ fiat emplꝫ cū melle iungēdo pus vētrē cū oleo phiſticorū ꝛ amigdalaꝝ amaraꝝ. deide empleꝉ tot⁹ vēter. Trociſci expti ad idē. ℞. turbith. ʒ. i. ziʒi. ℈. ij. ſcamōee ellecte grana ordei duo teraꝉ ꝛ icorporēꝉ cū vio. hūc recipiat trociſcū ſemel i ebdomoda i matutis ꝛ aſſellabit ter vł q̄ter i die vtaꝉ tñ ꝯtinue de dyacurcuma maiori oi die bis. Et nota ꝙ ſic aſclites curaꝉ p medicias ſolutiuas. ita ēt curari pōt ꝛ melius p medicias ꝓuocatiuas vrie q̄ꝫ pria. ℞. ſeri caprini. ℥. iiij. ſpice nardi pluerizate. ℥. ij. bulliāt ſimꝉ lēto igne vſqꝫ ad ꝯſūptionē q̄rte ptis colleꝉ ꝛ deꝉ i aurora. Ad idē. ℞. vrie capre. ℥. iiij. ſpice ʒ. ſ. bulliāt ꝛ deꝉ vt ſupra. Ad idē vꝫ vria pueri ſūmēdo oi māe ciatū mediū. ❧ Cura yporſarce q̄ ē oib⁹ alijs leuior deꝉ. ℥. ii. ſyrupi de eupatorio cū aqs endiuie ꝛ feniculi aā. ℥. ij. aromatizeꝉ cū puluere epatis adip. ꝛ reubarbari aā. ʒ. ſ. ligatis in petia ꝛ dimiſſis p noctē expmāꝉ. Ad idē. ℞. radicū ebuloꝝ mūdatoꝝ coquāꝉ i lib. ii. vini vſqꝫ ad ꝯſūptionē tertie partis. deiñ addaꝉ paꝝ zuchari ꝛ ſpice de colatura ſūmat. ℥. v. oi māe. ꝛ ſi expedit purgeꝉ cū his pillulis ſemel vł bis i ebdomoda. ℞. agarici colognitide mezereō turbith ameos amomi ſemis feniculi apij aā. ʒ. i. reubarbari. ʒ. ii. fiāt pillule cū ſuco abſinthij. doſis ē. ʒ. i. vł cū ʒ. i. pillulaꝝ fetidaꝝ vł cū his trocis. ℞. turbith hermodactiloꝝ aā. ʒ. i. ziʒiberis. ℈. ii. zuchari q̄ꝫ^m^ ſuffic deꝉ medietas cū vio albo ſubtili. In alijs dieb⁹ ſūmat de dyacurcuma q̄ꝫ^m^ caſtanea vt ſupra cū vio. ꝛ nota ꝙ ſepe curaꝉ cū ʒ. i. pulueris reubarbari cū vncijs trib⁹ oximellis ꝯpoſiti. In cibis vtaꝉ pluere ſupius dicto i pn° capituli. ꝛ ſic patēt alie itētōes. ſ. tertiā q̄ ē abſciſio cauſe. ꝛ q̄rta q̄ ē rectificatio virtutū ſtōi epatis. ꝛ ſic de alijs mēbris. ꝛ i q̄nta q̄ erat correctio accidētiū ꝛc. ꝛ vbi hec non valeāt pñt fieri q̄ a ꝓꝓ̄etate ꝯferūt vt ꝯtinua comeſtio epatis lupi. Betonica oi mō prodeſt. ꝛ ſic de alijs. ❧ Si aūt hydropiſis ꝓueiet ex magnis oppillatōib⁹ epatis vł ſplenis q̄ dicta ſūt de oppillatōe epatis ꝛ diceꝉ i cap° ſequēti remouēt. ❧ Vbi aūt yporſarcha ꝓueniret ex retētōe mēſtruoꝝ ꝛ emoroydaꝝ flōmeꝉ de ſaphena vbi etas ꝛ habitudo ꝛ alia ꝯſenſerint. ꝛ nota ꝙ ep ericij exiccatū cōeſtū cū oximelle ꝯfert hydropiſi. ad idē cauda eqna. itē ſapinū extrahit aqꝫ citrinā. ❧ De ſplene. Ca. xiij.

Splē ē mēbꝝ raꝝ locatū i ſiniſtro lateꝛ ꝯputatū ad mūdificā^m^ ſāguinē. nā ſi bñ mūdificat corp⁹ reddiꝉ iocūdū ſi acciderit triſtitia ꝛ alie młte paſſiōes nā ſi deffic i attrahēdo gñaꝉ yćteritia nigra. ſi i ꝯtinē° cāꝉ flux⁹ vētris ꝛ ſilia. ſi i digerē° cāꝉ duricies opplo apa ꝛc. ſplē g̊ patiꝉ morbos ꝯſimiles officiales ꝛ cōes. ſꝫ qꝛ opplo ꝛ duricies ſepi⁹ accidūt iō cauſe cāꝝ pus diceēꝉ ꝛ ꝯñter ſig^a^ ꝛ cura ſuccite poneꝉ. Cauſe igiꝉ extrīſece ſūt młtitu° ciboꝝ meł icoꝝ vt caſe⁹ caules legumia ꝛc. tioꝛ ꝛ ſic de alijs. itrīſece ſūt vt ab epate młtiplicāte hūorē meł icū aut a ſplene cū icurrit malā ꝯplonē calaꝫ aut frigidā ꝛc. aut icurrit opplonē aut duriciē. aut apa. ❧ Signa ſi ab extra patēt. ❧ Si ab epate ꝛ ſilr patent ex dictis in cap° de opplone ꝛ debilitate epatis. ❧ Si a duricie ꝛ opplone epatis vrina eſt tenuis. nā

vrina alba in colore tenuis in substantia radiosa in superficie cũ resolutionibus grossis et cinerosis adherentibus et residentibus in fundo splenetică passionẽ de melia nāli significat. Itẽ cũ duricies est per totũ splenis sed si ab apostemate duricies est solũ in determinata parte. ¶ Itẽ appetitus aliqñ augetur aliqñ diminuitur aliqñ euomitur melia et aliqñ apparet per infra. est etiā difficultas hanelitus fedus color totius corporis tristitia timor sollicitudo somnia terribilia etc. ¶ Si a mala cõplexione calida adest corrugatio color declinat ad nigredinẽ conturbatis albuminis oculorum cum casu appetitus sentitur caliditas in splene vrina est spissa colorata. ¶ Si ex frigiditate signa sunt opposita vt qr color ẽ niger cum obscuritate. oculi sunt liuidi vel plũbei et sic de alijs. ¶ Pronosticatio qui incurrunt sepe corizaʒ nõ sunt splenetici qr coriza fit de mã sbtili et tũor de mã gssa vrina velut sãguis aut cũ mlta fece i fine passiõis splenetice ẽ bonum nã vrina in istis passionibus in pricipio est tenuis ideo si continuauerit est mala passio hmõi in principio faciliter curatur fluxus sãguinis de finistra nare in apostematibus huiusmodi potest eẽ bonũ. ita et fluxus ventris sanguineus. Itẽ dyaria breuis in passionibus huius bonum et vrina in qua est fex viscosa aliqñ est bonum signum aliqñ nõ. ¶ Signa magnitudinis splenis patent ex tactu. ¶ Signa ventositatis eius sunt tensio lateris finistri absqʒ apostemate duro et cũ premitur fit planuʒ et non dolet. adest tamen eructuatio aut rugitus. ¶ Pro cura nota qꝫ que valent epati valent spleni. sed ista sunt fortioris virtutis. ¶ Cura ergo egritudinis splenis sũt qttuor res. prima est vt digeratur materia. Secũda ẽ vt mũdificetur et fit cũ diuersis et euãntibus. Tertia vt rectificẽtur cõplexiões epatis et splenis stõi. et sic de alijs. Quarta ẽ regimẽ sex rerũ nõ naturaliũ. ¶ Si ergo prouenit a cã calida digeratur cũ isto. ℞. endiuie scariole portulace añ. vncias qttuor. radicũ caparorꝫ genestre scolopẽdrie ana vnciã vnã seminũ frigidoruʒ vnciã mediã semis apij brusci ana. ʒ. vnã cuʒ aq̃ et zucharo syrupizetur. ¶ Si aũt fit cũ febre digeratur cũ isto. ℞. radicũ caparis mũdi corticũ tamarisci frasini genestre ana vnciã vnã endiuie scariole portulace sileris capilliueneris recẽtis ana manipulũ vnũ. qttuor seminũ frigidorꝫ vnciã. ʃ. seminis apij brusci asparagi portulace ana vnciã vnã. liquiritie rase passulaꝫ ana vnciã vnã. mellis et zuchari quantuʒ sufficit. ponãtur cortices i aceto p nocte. deinde cũ aq̃ syrupizetur dosis istorꝫ est. ℥. ij. cũ aquis cõuenietibus oĩ mane vsqʒ ad quattuor dies deinde purgetur cum isto. ℞. tamarindoruʒ florꝫ boraginis buglose ana vnciã mediã. passulaꝫ enucleataꝫ vnciam vnaʒ. polipodii. thimi. epithimi sene ana vnciam mediam corticum mirabolanorum indorum bene gumosorꝫ infusorum per noctem in decotione predictorꝫ vnciam vnam fricentur fortiter de mane et collatura detur in aurora. et si eẽt nimis fortis diminuatur. vel loco illorꝫ mirabolanorꝫ dissoluatur in predicta collatura dyascene yere pigre ana vnciam vnam et mediam. Aliquando datur totum reubar^m cũ vino vt. ʒ. i. cum vncijs quattuor vini. Flobothometur ante vel post put melius videtur de saluatella manus finistre. Deide inungatur regimine splenis isto. ℞. medulle vituli cerui. pinguedinis anatis et galline olei sisamini et amigdalaꝫ dulciũ ana et cũ cera fiat vnguẽtũ. comedat cibaria bõi nutrimẽti cõdita cũ isto puluere. ℞. cinamomi. ℥. i. cardamomi. ʒ. ij. croci. ℈. i. vtatur rosata nouella. ¶ Si aũt sit sine febre. et cõseqnter oppillatio fit cũ qdã frigiditate syrupus cõueniẽs. ℞. radicũ apij feniculi etc. ligritie scolopẽdrie betonice ysopi ameos carui cũ melle et zucharo fiat syrupus et de his sumãtur quãtitates cõuenientes. Ad idẽ et fortius. ℞. preos acori radicũ feniculi petrosilij añ. ℥. ij. iteriorꝫ sqlle. ℥. i. corticũ canaꝫ genestre fraxini añ. ℥. ʃ. scolopẽdrie capilliueneris gariofilate camedreos camepitheos añ. M. i. ansi maratri cuscute assari semis portulace añ. ℥. ʃ. ligritie rase passulaꝫ enucleataꝫ añ. ℥. i. florꝫ tamaridorꝫ boragis et buglose ana vnciã mediã mellis et zuchari añ. q̃s^m suffic cũ aq̃ fiat syrupus vsqʒ ad. l. i. ʃ. et de istis detur vt supra purgetur cũ his pillulis. ℞. yerepigre. ʒ. ij. pulueris lapidis lazuli. ℈. ij. vel. ʒ. i. aromatici paꝫ cũ syrupo de epithimo formẽtur pillule. ¶ Aut cuʒ istis. ℞. yereruffi. ʒ. ij. lapidis lazuli. ʒ. ʃ. vel loco illius pulueris lapidis armeni. ʒ. i. cũ syrupo scolopẽdrie fiãt pillule vel detur i modũ ellectuarij cũ decoctõe ꝯueieti vt florꝫ tamarisci borragis thimi epithimi añ. ℥. ʃ. anisi feniculi cuscute añ. ʒ. ij. deide sũmat dyacurcuma dyalagade dyacalamẽto deide inũgatur isto vnguẽto experto. ℞. armoniaci in aceto dissoluti.

ʒ.i.cui addatur pulueris trociſcorũ de capa
rib⁹.ʒ.ſ.olei aneti ⁊ de lilio adipiſ anatis aã.
ʒ.ſ.fiat vnguentũ.Simplicia ergo conueniẽ
tia in paſſionibus ſplenis ex quib⁹ poſſunt fie
ri vnguenta fomentatiões ⁊ multa talia ſunt
hec radix yreos ariſtologia acori gẽtiana liliũ
apiũ petroſiliũ vterqȝ tribulus fraxius gene-
ſtra tamariſcus medula ebuli ſambuci lupu-
lus vitis alba acetoſa abſinthiũ yſopus capil
luſueneris ſcolopendria eupatoriũ calamẽtũ
cẽtaurea betonica camedreos camepitheos.
panis porcinus.aniſum ſpica nardi ſquinãtuȝ
ſemen canne cuſcute ⁊c.¶Et que valent a ꝓ
prietate vt dicit Auicẽna ſunt pulmo vulpis
veſpertiliones ſplen aſini ⁊ pulli eque ſi pulue
rizenẗ.¶Cõpoſita ſunt multa vt oximel diu
recticũ ſquiliticũ ⁊c.Et ideo potio expta.℞.
ſcolopẽdrie aromatici radicũ caparoꝝ ⁊ ebu
li omniũ ana confice cũ melle ⁊ aceto ⁊ denẗ.
ʒ.iij.cũ aqua decoctionis ariſtologie rotunde
¶Ad idem valet decoctio filicis cum radice.
bibat paꝝ in ſero ⁊ dormiat paꝝ ſuper ſplenẽ
¶Emplaſtrũ expertũ.℞.draganti floꝝ ca-
momille aromatici galbani diſſolutoꝝ in ace
to forti picis hũide medulle cruris vituli hec
duo liquefianẗ ⁊ cum alijs confice ⁊ loco ap-
pone.¶Et nota ꝙ a principio nõ competunt
reſolutiua que reſoluentur ſubtilius.ideo pri-
mo dentur mollitiua vt vnguẽtũ de mucilla-
ginib⁹ ⁊ ſic de alijs.ſcđo reſolutiua ⁊ ſic vltra
modo vnum modo reliquum.¶Cura vento
ſitatis ẽ cũ carminãtibus intus ⁊ extra ⁊c.

¶De ycteritia. Capitulum. xiiii.

Icteritia eſt vniuerſalis cutis defedatio.
differt tamen a defedatiõe morphee.Nã
morphea fit ex errore tertie digeſtionis.Iſta
aũt per errorẽ ſecunde.quia collera mittitur
ad totuȝ corpus ſine ebullitione ⁊ putredine.
Cauſe extrinſece ſunt vt morſus reptiliũ aſſũ
ptio veneni ⁊ ciboꝝ calidoꝝ ⁊ ciborũ faciliter
corruptibiliũ vt lac piſces ⁊c.aut oppillatio-
rum.⁊ breuiter omnia que multiplicant cole
ram aut melancoliã aut que adurunt eas.aut
que impediunt virtutẽ epatis mũdificare ⁊c.
aut labor in ſole.⁊ ſic de aliis.¶Si ab intra
aut propter epar aut propter alia mẽbra.aut
propter kiſtim aut ſpleneȝ aut propter venas
totius.Et ſi propter kiſtim hoc ẽ aut pp ma
lã cõplexionẽ aut ex apoſtemate aut ex oppil-
latione ſolũ meatuũ.ſ.illius p quẽ trahit aut
illius per quẽ mittit ad iteſtina ſi ex venis to
tius eſt propter nimiã caliditatẽ adurentem
ſanguinẽ tunc accidit febris ⁊ materia expelli
tur ad totũ.Si ex ſplene aut propter malã cõ
plexionem aut ex apoſtemate aut ex oppilla-
tione ſolũ meatuũ ſuoꝝ vt ſupra ⁊ tũc ycteri-
tia eſt nigra.¶Signa ſi ab extra ſcitur iudi-
cio egri.Si ab epate eſt cũ matie toti⁹ ⁊ gra-
uedine partis dextre.Si a kiſti accidit ſubito
Et ſi via que vadit ad inteſtina eſt clauſa ege
ſtio eſt alba color faciei ẽ citrinus adeſt ama-
ritudo oris ⁊ ſitis.Et ſi porus vadens ad ſto
machũ ẽ oppillatus tunc vrina ẽ colorata ſpiſ
ſa ⁊ egeſtio tincta.Si a ſplene eſt grauedo et
duricies eius ⁊ alia ſigna melẽe vt ſupra capi
tulo de oppillatione ſplenis.⁊ ſic patet ꝙ hu-
ius tres ſunt ſpecies.ſ.nigra que ſemꝑ ꝓuenit
a ſplene aut ẜm plurimũ viridis que fit ex co
lera praſſina vel eruginoſa.crocea que fit ex
colera naturali.rubea cũ admixtione ſangui-
nis ex cuius diſperſione per mẽbra ad cutim
fit color croceus.vrina tamẽ in viridi eſt ru
bicũda ſpiſſa in ſubſtantia cuȝ ſpuma crocea
vertente ad colorẽ virideȝ.¶Pronoſticatio.
ycteritia ꝓpter apoſtema ⁊ duriciẽ epatis cõ
muniter nõ venit ſubito ⁊ reddiẗ incurabilis
q: egritudo eſt in principali.Itẽ in febrib⁹ con
tinuis ante ſeptimũ diem mala.Iteȝ ſi ĩ ycte
ritia fit intenſio croceitatis remiſſio vrine ſi-
ne alienatione inſomnietas ⁊ ablatio appeti-
tus mollificatio neruoꝝ mouentiũ linguã ſic
ꝙ vix poſſit loqui omnia hec ſignificant ma-
lum.⁊ ſigna oppoſita ſunt bona.Item ſi ycte
ritia proueniat ex oppillatione carnoſa in ali-
quo meatuuȝ non ſperatur ſanitas.Itẽ ycte
ritia in die crectica ⁊ poſt febreȝ ſignificat bo
nũ:nam ſepe eſt criſis egritudinis ſplenis.
¶Cura principalis eſt intendere ad cauſaȝ ⁊
abſcindere eam.⁊ hec pluribus intentionib⁹
perficitur vȝ cum retificatione complexionis
cum confortatione virtutis aut regimie apo-
ſtematis aut euacuatione per flobothomiam
vene baſilice vel ſaluatelle aut apertione op-
pillationis.aut euacuatione educẽte materiã
per ſeceſſum aut per vomitum.nam vt dicit
Auicenna in omni ycteritia vomitus iuuat.
¶Cura vero ſpecialis eſt.nam ſi ex venenis
abſciſſa cauſa ſi eſt poſſibile vtatur tyriaca ſe
cundo acetoſis vt ſuco acetoſe acetoſitate ci-
tri malorum granatorum ⁊c.¶Si a comple
xione calida epatis.aut fellis aut totius.aut ẽ
cum repletione ſanguinea ⁊ tũc flobothome-

tur basilica vel saluatella dextre man⁹ aut' co lerica digeratur materia cuz isto. ℞. endiuie scariole rostri porcini epatici cicoree lentigi- nis aque radicū vngule caballine aq̄tice ana. M.i. scolopendrie pentafilōis capilliueneris ana. M.s. violaꝝ. ℥.i.s. florum boraginis ne nufaris quattuor seminum frigidoꝝ ana. ℥.s. omniū sandaloꝝ. ʒ.ii. spodii. ʒ.i. prunoꝝ viginti iuiubarum sebesten ana. x. zuchari libr.i. vini mali granati. ℥.iii. suci endiuie. lib.s. fiat syru- pus de quo summat de mane ꝛ ante cenā. ℥. duas cū aquis conuenientibus. Digesta ma teria quod scitur per remissionem coloris vri ne euacuetur cū isto. ℞. ℥.v. aque decoctiōis suprascriptaꝝ reꝝ ꝛ in ea infundātur mirabo lanoꝝ citrinoꝝ. ℥.i. reubarbari. ʒ.i. d mane ex primantur ꝛ colatura in aurora detur. Si au tem colera esset grossa addatur in predicto sy rupo de radicibus aperitiuis vt feni petrosi- li ꝛc. cuscute ꝛ sic de aliis ꝛ pōt arōatizari cū isto puluere. ℞. folii spice cassie lignee an̄. ʒ.ii. ligentur in petia linea ꝛ bulliant in syrupo p̄- dicto ꝛ detur vt supra deinde euacuetur cum pillulis aggregatiuis ꝛ d reubarbaro an̄. ʒ.s. aut cū aliis euacuatiuis conuenientibus. dei de vtaf dieta conuenienti. Si autē oppillatio adesset absq; febre ꝛ caliditate manifesta sum mat in aurora ꝛ ante cenā. ℥.i.s. oximellis cō positi cū. ℥.iiii. aq̄ decoctionis capari vel aco ri vel cū aque decoctionis scene epithimi. po lipodii. purgetur sepe cū pillulis fetidis aut cū aliis couenientibus aut cū reubarbaro ꝛ tur bith an̄. ʒ.s. isusis in. ℥.ii. mellis rosati collati. aut cū. ℥.iiii. decoctionis scene epithimi sco- lopendrie polipodii. assari ꝛ squināti. cui ad- daf. ʒ.i. reubarbari. Et et bis imediate dictis ꝛ ex dictis in capitulo an̄cedenti curabif ycte ritia nigra: ꝛ ēt alie due species. si qs conside- ret dicta huius capituli ꝛ antecedētis de op- pillatione epatis. Expertū tñ est istud i omni ycteritia oppillatiua. ℞. prasii viridis ortulāi. l.s. pistetur ꝛ perfecte decoquaf in. lī.iiii. vini albi vsq; ad cōsumptionē quarte partis colle tur ꝛ de isto summat in aurora. ℥.iiii. ꝛ āte ce nā. ℥.iii. qdam tamē addunt in decoctiōe. l.i. mellis vt embrocef amaritudo eius hec eniz confortant appetitū ꝛ assellare facit. ¶ Ad idē valet aqua decoctionis pollitrici. ¶ Expertū ad idem decoctio pilosele aut ei⁹ infusio curat omnes yctericos. Et si vis scire vtruz ycteri tia sit curabilis vel nō. ℞. farine ordei. l.s. ace ti albi. ℥.ii. emplastrum actualiter frigidū sup ponatur epati. ꝛ si post medicū inuenif aridū valde ycteritia est incurabilis. significat eniz siccitatem epatis cū nimio feruor si humidū inuenif ē curabilis. Et nota q̄ acetū in cibis ꝛ aliis ꝯuenit q2 facit penetrare v̄tutē alioꝝ

¶ De fluxu ventris. Capitulum. xv.

Fluxus ventris est triplex lienteria scili cet quādo expellunf cibi ꝛ pot⁹ in eadez q̄ntitate ꝛ qualitate qua intrauerunt propter debilitatē contentiue stomachi ꝛ superioꝝ ite stinoꝝ. ¶ Cause extrinsece sūt sicut aer nimis humidus austrinus ꝛ corruptus inordinatus venenosus pestilentialis aūt cibus sumptus i nimia q̄ntitate. aut in mala qualitate. aut fm ineptū ordinē. aut pp casum ꝛ pcussionez ꝛc. ¶ Si ab intra aut pp stomachuz aut itestina aut pp alia mēbra vt a capite sicut in catarro aut propter oppillationē meseraicaꝝ. aut ab epate mittēte supfluitates suas ad stomachū ꝛ intestina. aut a splene aut matrice. aut a to- to corpore. aut pp crisim. Si a stomacho aut intestinis tunc accidit. aut ꝓpter malā cōple xionē. aut propter vlcera. Si primo mō aut ē cum materia aut sine materia. Et si est cum materia aut ē calida. aut frida ꝛc. vlcera aut fiunt ꝓpter humores acutos mordicātes ꝛc. fit ēt propter paralesim istoꝝ mēbroꝝ. ¶ Si gna si ab extra patent relatione. Si ab intra vt ab aliis membris a stomacho ꝛ intestinis. scitur ex passionibus ꝛ grauitatibus illoꝝ mē broꝝ. vt si a capite apparent signa reumatis dolor capitis ꝛc. ꝛ fluxus est maior post som- num. ¶ Si a stomacho ꝛ causa fit frigida est a principio cū eructuatione acetosa ē sine san guine ꝛ sanie ꝛ nō est periodicus. nec habz ho ras in quibus crescat vel decrescat. Si a calī ditate cōmuniter fit post febres adurētes. aut post acceptionem medicinarum acutarū aut vini puri ꝛ breuiter omnium calefacientium stomachum ꝛ epar ex quibus prouenit exco- riatio cum prolongantur. ¶ Si propter oppil lationem epatis fluxus est maior de nocte q̄ȝ de die egestio sif̄atur lature aque carnis re- centis. est cum pauco vel nullo dolore. dolor nec grauedo sentitur in aliis partibus. Et ita ex meseraicis. Si a splene egestio est nigra melācolica dolor splenis ꝛc. Si propter para lesiz non sentit dolorem. Et si propter vlcera tūc sentit dolorē pūcturā sitiz ꝛ arsurā. ¶ Si ex debilitate attractiue aut digestiue epis flux⁹

est alb⁹ vl' viridis corpus mollificaẽ macrescit minoratur sanguis in venis color citrinaẽ ⁊ plūbescit deficit appetit⁹ fit nascea lasitas vniuersalis. Si pp dolor vel pustulā itestinorum adest dolor in intestinis post descēsū cibi vel cū actu descēdit deide sedaẽ ⁊ in egestiōe est vir⁹ subtile. Si vo descēdit cito a stomacho ⁊ intestinis sciẽ ex motu laborioso aut est ibi multitudo flegmatis ⁊ sputi nauseātis stōachum. ¶ Si ex effusiōe melācolie ad os stōachi cōmoueẽ appetitus adest multiplicatio ⁊ acetositas. ¶ Si pp ineptū ordinē sciẽ cū añ cibū sūpserit res velocis exitus vt sūt pruna ceresa brodia pinguia. Si ex aqua frigida res ipsa notificat. Si ꝓpter paucitatē resolutiōis corpis scitur ex pinguedine corpis cū puo appetitu ⁊ lōga qete. Si ex oppillatione ⁊ liqfactione est inflāmatio corpis ⁊ caliditas eius febris ⁊ diuersitas coloris ⁊ egestio est fetida virulēta aquosa ⁊ pinguis. Si a toto corpore sanguis est purus ⁊ multus sine dolore ⁊ habet periodum. Item vrina palearis in colore siue palida tenuis aut spissa in substātia pauca in quātitate liuēs supius habēs solutiōes cinerosas grossas ⁊ speratas fluxū vētris ab solute significat. Itē nota ꝙ si eger assellet pl⁹ in nocte q̄z in die cā pncipaẽ est debilitas epatis ⁊ si ecōtra est debilitas stōachi. Itē flux⁹ ventris quādoqz mutaẽ in colicā: qꝛ euacuantur subtile ⁊ remanet grossū spissū q̄re sepe sequitur vehemēs colica. ¶ Pronosticatio dissenteria que nō fuerit in pncipio supuenientis in omni fluxu bonū qꝛ retētiua icipit vigorari ⁊ digestiua aliquo mō digerere. ¶ Pro cura scire debes ꝙ que restringūt fluxū vētris q̄dam sūt simplicia quedā cōposita prima sūt duplicia quedā ab itra approximaẽ ⁊ quedā ab extra prima sūt multa specialia tamē sunt ista primū est coagulū leporis vel edi sideẽ.ʒ.i.añ cibū cū.℥.iiii.succi plātaginis vel aq̄ ei⁹. scdm est case⁹ antiqu⁹ coct⁹ in multa aq̄ dulci ⁊ post exiccatus ⁊ puluerizat⁹. deide deẽ in cibis. tertium est tyriaca recēs dando.ʒ.i.cum ℥.iiii.vel.v.aq̄ plātaginis. q̄rtū est lac vacinuz a quo extractū est butyꝝ deide bulliat cuz sumach ⁊ deẽ. qntū est narsturtiū magnū vel semē eius datū cū suco citonioꝝ vel mirtiloruz sextū est caro citonioꝝ cōdita cū zucharo sine spēbus. vltimū ꝓ pauperibus sūt lētes cocte in tribus aqs deide in patella torrefiāt cum modico aceti ⁊ pinguedie arietis. ¶ Simplicia q̄ ab extra lz sint multa tria sūt expta. primū vētosa posita sup vmbilico. ⁊ ēt in latere singulo vna alia ponaẽ. scdm est balneū mirti multū cōfortās ꝟtutē retētiuā maxime in ꝓcessu. tertiū est ablutio pedū ⁊ tibiaꝝ cū decoctiōe cuiusdā herbe dicte calcapetrū ⁊ loco illius sumunẽ radices salicis vel cardamomi. ¶ Cōposita lz sint multa ponā tamē aliq̄ cōmuniter cōferētia in oi fluxu. ⁊ primū sit syrupus de papauere. ℞. capitum papaueris albi plātaginis balaustiaꝝ gallaꝝ prunoꝝ imaturorum añ.ẽ.v. dimittanẽ in aq̄ pluuiali ꝑ biduum deide colleñẽ fortiter ⁊ collature admisce mellis aut zuchari tertiā partē bulliant vsqz ad spissitudinē. ⁊ cū.℥.iiij.aque plātaginis admisce.℥.i.v. da cū fuerit opus. ¶ Pillule ad idē maxie qñ prouenit ex debilitate retētiue ℞. rosaꝝ pulueris granoꝝ mirti sumach luti armeni oium añ. misce cū suco plātaginis fiant pillule. dosis ē.ʒ.ij. cū aq̄ decoctōis granoꝝ mirti. ¶ Pulueris ad idē. ℞. flores lambruscaꝝ tēpera cū aq̄ ⁊ tātūdē acatie deẽ. Ad idē aq̄ decoctōis masticis cū puluere psilii assati. ⁊ cū syrupo rosato. Ad idē siue sit cū febre siue nō. da in potu.℥.i. spodij cū aq̄ roẽ. restringet ⁊ epar cōfortabit. ¶ Cura spālis si lienteria fit a mala ꝯplone sine mā solū cū alterantibus curaẽ. Si cū mā oꝫ ꝙ purgeẽ corpus: vñ cognito ꝙ materia sit calida purgeẽ cū mirabolẽ. citrinis deide. ℞. boliarmeni tersigillate. corali sandaloꝝ sumach berberis seminis citonioꝝ psidie balaustie gallaꝝ acatie ypoqstidos mirtilorum roẽ. siccaꝝ sang. dra. añ.ʒ.i. puluerizētur ⁊ cū suco plātaginis ⁊ absinthij fiant trocisci ⁊ cum opus fuerit distemperetur vnus cū lacte caprino vel ouino vbi lapides fuerint extincti. ⁊ detur deide ab itra ⁊ ab extra administrenẽ frigida stiptica. vt sandali dyapenidiō ⁊c̄. silia. ¶ Si cā sit frigida. ℞. nasturtii cimini anisi assoꝝ masticis thuris laudani storacis calamite ambre nucū cipressi ⁊ folioꝝ ei⁹.ʒ.i. misce cū suco mirti ⁊ absinthii fiāt trocisci ⁊ dētur vt pus: pmissa tñ purgatiōe cōdecēti. ¶ Electuaria etiam cōueniētia sūt dyagalāga dyaolibanum ⁊ sic de alijs. ¶ Si aūt sit ex multa quātitate cibi cura est abstinētia. Si ex multitudine flatis: cura est vt dcm̄ ē supra qñ a cā frida purgādo cum kebulis sqnāto mastice aut prouocetur vomitus nā vtplimum vomitus cōuenit in fluxibus. ¶ Si ex mollicie stōachi purgeẽ cū

dyasinicon sumat sepe tyriacā cū vino de ci-
tonijs ⁊ vino pōtico.⁊ ita si ex lubricitate sto
maci ⁊ itestinoꝝ tūc electuaria de balaustiis
⁊ puluis granoꝝ granatoꝝ cū carnibꝰ assis cō
ueniūt ⁊ in hoc multū valet radix bedegard.
Si ex multitudine melie effuse ad stomacū si
est opus flōmet basilica soluat cū decoctiōe
scene epithimi rosaꝝ zucharo ro.veteri. dein
de ponat vētosa magna sup splenē sūmat de
rosata nouella aut de dyacitonitē aut de tro
ciscis stelle cū zucharo ro.veteri fiāt clisteria
mūdificatiua ex aq̄ epithimi ⁊ melle roſ.secū
do stiptica cū aqua decoctōis balaustiaruʒ ⁊
gallaꝝ.¶ Si ex potu aq̄ frigide dormiat vta
tur electuario de thure ⁊ teneat aliqd in ore
quod sedat sitim. Si ex paucitate resolutiōis
fiat exercitiū longū silr fricatio ⁊ sudare i bal
neo multū cōfert.¶ Si vo fluxus vētris fue
rit cū tussi calida nō dent nimis acetosa aut
pōtica:ʒ cōglutinatiua ⁊ cōfortātia vt dragā
tū gūmi arabicū aut misceant stiptica ⁊ lenē
tia pectꝰ vt triasandaloꝝ ⁊ dyadragagāti aut
dyapapaueris aā.ʒ.5.iungat pectꝰ vnguento
mollificatiuo nō attigat tn̄ vētrē. ¶ Si tussis
fit a cā frida curet vt supra qn̄ a cā frida:vn-
gatur pectus cū olo de lilio amigdalaꝝ dulci
um citonioꝝ aā.℥.i.¶ Si pp apa.si vtus cō
stat flōmet de saluatella manꝰ dextre.fiat cli-
stere cōfortatiuū loci.vt cū rosis mirtis buli-
tis cū oleo ro.⁊c.Emplastrent locꝰ ex fāria or
dei roſ.mirtis oleo roſ.⁊c.in augumēto ⁊ sta
tu emplastrent ex maluauisco farina seis lini
cū assūgia porci vel butyro.ꝓ aptiōe clisteri
zetur sepe cū aqua decoctōis fabaꝝ mirtiloꝝ
ordei ⁊ mellis.purget ēt cū.℥.iiii.p̄dicte deco
ctionis addēdo.ʒ.i.reubarbari ⁊ dulcorando
cū.℥.ii.syrupi roſ.vl de mirtis.¶ Si ex debi
litate epatis cōfortet epar cū oleo de spica ⁊
mastice: aut ponātur sup eo empla cōfortan
tia ⁊ aperiētia de suco absinthii eupatorij mi
rtis cū vino i quo dissoluat puluis roſ.⁊ mir
tiloꝝ ponant sepe vētose sup epar purget si ex
pedit.deide vtat dyalaca siue dyalēga. ⁊ isto
puluere cū cibis.℞.pipis lōgi.℥.5.cinamomi
℥.ii.cardamomi galāge nucismuscate folij ga
riosi.karabe aā.ʒ.ii.croci.ʒ.5.vtat ēt de troci
scis stelle ⁊c.¶ Si vo fluxus accidat pueris
sine febre isundat spōgia in aceto calo deide
exprimat deiñ aspgat isto puluere.℞. boliar.
masti.thuris albi aā.℥.5.spodij.sang. draco.
aā.ʒ.i.actualiter calidū ponat sup stomachū

⁊ itestina. Si cū feb.emplet ex farina ordei.ʒ.
i.aque roſ.ʒ.5.aceti.℥.ii.supponat frigidum
maxime in estate.Secūda spēs est dyaria.⁊
est fluxus simplex hūoralis colicus flaticꝰ vel
melicus:⁊ talis pōt ꝓpe ꝓuenire a qnqʒ locis
ꝑrio a cerebro reumatizādo.Et signa ⁊ cura
posita fuerūt supra ⁊ curat sicut catarrꝰ.Aut
a stōacho ⁊ itestinis aut a splene.aut ab epa-
te:⁊ signa patēt ex dictis aut a toto corꝑe . ⁊
tūc aut via mūdificatiōis vt in bona crisi.aut
sinthomatis vt in mala crisi:⁊ tūc est aliena-
tio ⁊c.aut ex debilitate contētiue mēbroꝝ vt
in ethicis ⁊ ptisicis.⁊ talis est mortalis . Aut
ab oppillatiōe poroꝝ cutis.⁊ talis curat cum
aptiōe eoꝝ. Si ergo fit a cā calida siue cū fe.
siue nō digerat cū isto.℞.syrupi roſ.℥.iii. sy-
rupi viol.℥.i.det in duabꝰ vicibꝰ vt in mane
⁊ ante cenā cū aqs cōueniētibꝰ vt cum aq̄ plā
taginis ⁊c.Deide purget cū isto.℞.mirabol.
citrinoꝝ ēblicoꝝ aā.ʒ.ii.reubarbari.ʒ.i.⁊ cuʒ
mirtis ⁊ zucᵒ roſ.veteri det.aut cū.℥.i. citri-
noꝝ ⁊ cū decoctōe ꝯuēiēti vt supra vtat bōis
cibis assis cū vio granatoꝝ:⁊ sic de aliis. Si
cā sit fra digerat ⁊ purget vt supra.⁊ si vtꝰ de
bilitet ꝓcede cū ꝯfortātibꝰ stōachū ⁊ itestia.3ᵒ
fiāt clisteria ꝯueniētia.3ᵃ spēs ē dissinteria:⁊
ē fluxꝰ vētris sāguineꝰ cū excoriatōe ⁊ vlcera-
tiōe itestioꝝ:cāe extrisece sūt vt supra cibaria
acuta medicie fortes vt colognitida ⁊c. Cāe i
trisece imediate sūt cola acuta aut fla salsuʒ:
aut hūor adustꝰ aut aptio aut ruptura vene:
aut corrosio:⁊ sic d̄ aliis.Cāe rēotiores sūt pp
passiōes alioꝝ mēbroꝝ vt a capite p viā reu-
matismi:aut a stō aut ab itestis gracilibꝰ aut
ḡssis aut meseraicis aut ex oppilōe vl duritie
epatis vl splēis aut a mrice aut ex apate alio
rū mēbroꝝ aut pp emorroydas aut pp muci
latos aut pp toᵐ corpꝰ aut pp crisim aut pp
egritudies arefactiuas sic ē ptisis causō ethi-
ca ec.⁊ sic ſʒ q̄ʒtitatē ⁊ diuersitatē cāꝝ ⁊ mē
broꝝ diuersi siūt fluxꝰ:nā qdā ē chilosus aut
aq̄sus aut colicꝰ aut melicꝰ aut flāticꝰ:aut vi-
rulētꝰ saniosus aut sāguineꝰ aut sic frustra car
nis. Itē qdā fetidꝰ ē qdā n̄.¶ Sigᵃ si chilosus
stōachꝰ nō patit ſʒ meseraice nō attraxerunt
Vlcera fiunt in renibus et vesica et locis mediis aliquando ab extra ut ex casu plaga aut ex coitu nimio aut a materia acuta aut ex nimis diu reticis ut ex cantaridibus etc. Ab intra contingit aut propter apa male curatum aut ex humore sui quantitate aut qualitate aut ex lapide cum dissoluitur aut ex sanie veniente a membris superioribus. Signa si vlcus sit in renibus tunc dolor est ibidem et in ceteris. et sanies est comixta cum vrina et vrina exit sine difficultate et contenta in ea sunt rubea. et si in vesica tunc est dolor in pectine et sanies facit residentiam et est quasi separata ab vrina et contenta sunt alba. et vrina exit cum difficultate. Sanies autem que venit a superioribus membris discernitur per lesionem illarum partium. Item vrina nigra grossa pinguis fetida valde multa in quantitate cum ru. sedimine sanioso ruptura apatis vesice significat. Pronostico vlcera renum citius curantur cum sint membra carnosa quam vlcera vesice et viarum intrinsecarum cum sint neruosa magis. Item vlcera renum et vesice si sint fistulata nunquam curantur. Et nota quod vrina transiens per illa loca inducit ardorem ratione vlceris. aliquando tamen solum ratione sue acuitatis. Cura vlcerum istorum locorum trium est eadem. Fiat ergo primo clistere lenitiuum si venter sit constipatus. 2° vomitus ante cibum et post quem mirabiliter confert in passionibus renum et vesice. 3° flometur de basilica et de saphena si particularia consentiant. 4° digeratur et purgetur materia secundum exigentiam sui. 5° mundificetur locus cum aqua or. aut cum ydromelle cum decoctione ysopi prasii yreos capil. ue. aut cum decoc. seminum endiuie lactuce cipi et ciceris sacerdotalis cum semine altee et malue in qua decoctione dissoluantur trocisci alkekingi vice vna et alia vice sumat trociscum consolidatiuum de bolo. Rx. boliar. karabe an. ʒ. v. acatie. gumi arabici ypoquistidos an. ʒ. i. s. se. apii iusquiami. an. ʒ. s. fiant trocisci cum suco de berberis vel mirtilorum per siringam cum lacte iniciatur collirium hoc album quia quod per infra magis valent vlceribus vesice et quod per os vlceribus renum et meatuum. Rx. cerusse sarcocolle thuris gumi amilli san. dra. an. ʒ. i. opii. ʒ. s. fiat collirium cum mucillagine altee. hec. n. consolidant et incarnant. lac etiam sumere mundificat sed miscetur cum melle aut modico zuchari ne corrumpatur et iniciatur per siringam que si ledit in introitu vestiatur vno budelino pulli. Trocisci vltimi. Rx. semis citri. papa. albi boliar. thuris sanguis dra. suci liquir. draganti ana. ʒ. i. seminis apii opii an. ʒ. i. fiant trocisci. x. detur vnus cum vrina quando non est acuitas et si sit detur cum sirupo viol. Et ex expertis est sief mesue descriptum ad hoc cum aq. plantaginis et portulace. Ab extra vngatur pectene cum consolidatiuis ut cum vnguento de cerusa aut vnguento fusco. Empla. etiam conferunt. vitet omnia salsa acuta et acetosa et omnia multum dulcia et nimis diuretica. comedat lac cum riso vitet vinum et si non sit grossum stipticum limphatum et vbi esset ardor vrine quocunque modo proueniat lac amigdalarum decoctum cum semine mellonum confert. Et ex expertis est sirupus viol. cum aq. decoc. seminis mellonum. Ab extra vz hoc. Rx. sandalorum vtriusque spodii sumach mirtilorum an. ʒ. ii. acacie ypoquistidos an. ʒ. i. suci plantaginis. ʒ. ii. farine quod sufficit valet etiam ad restringendum fluxum sanguinis dictorum locorum etc.

¶ Tractatus quartus de dispositionibus genitalium membrorum ⁊ testiculorum matricis ⁊ aliorum anitorum.

¶ De menstruis ⁊ fluxu eoꝝ. Capitulum .i.



Enstrua fluunt naturalr q̄lz limatione semel iuxta etatē mulieris ⁊ alia particlaria ⁊ durat plꝰ ⁊ minus ſꝫ diuersitatē ꝯplonū aliquādo tribus diebꝰ aliqñ minus ⁊c̄. Et si mēstrua currūt quātitate qualitate ⁊ ordine debitis tunc mulieres sunt sane caste ⁊ fecunde. ſꝫ qñ iª mutant̄ sunt steriles egrote ⁊ incontinētes ⁊ si generāt ibecilles ⁊ morbidos gignūt pueros. Fluunt ergo aliqñ p̄ter nām ⁊ sunt cā multorum morboꝝ vt īfra patebit. ⁊ cause extrinsece huius sunt sicut casus ꝑcussio ragadie vulnera. nimia magnituº virge aborsus partus innaturalis. ⁊ sic de aliis. Si ab intra cōiter ē ſꝑ tria. aut ꝑꝑ virtutē. ⁊ illud ē ꝑꝑ fortitudinem expulsiue ⁊ mūdificatiue totius ⁊ tūc ē ad bonū q̄zm ē ex hº aut ꝑꝑ debilitatē cōtentiue. ⁊ tunc ſꝑ ē malū. si ꝑꝑ hūores aut peccāt q̄ztitate aut q̄litate aut q̄ nimis subtilis acutꝰ aut salsus mordicatiuus aut putridus venenosus aut subtilis aquosus frigidus ⁊ sic de alijs.

¶ Sigª si ex causis ꝑmitiuis scit̄ iterrogādo si ab intra vt ex virtute forti tūc bñ tollerat ⁊ ē cū bono colore. si ex debilitate tūc mulier ē discolorata d̄bilis cacochima ⁊ male tollerat si ex morbo scit̄ ex habitudine corporis si ē pilosa macilenta de facili passibilis ⁊c̄. ⁊ sic de aliis. Si ex hūore iquāto tūc ē plectoria vene sūt replete ⁊c̄. Si ex cacochimia hūoꝝ ⁊ tc̄ si cā ē calida tunc ē calor sitis punctura. ⁊ sic de aliis ex sanguine color magis ꝟgit ad rubedinē si ex flegmate ꝟgit ad albū. si ex melīa ad liuorē. si ex colā ad citrinitatē. ⁊ sic d̄ aliis. Et nota ſꝫ Aui. q̄ oīs fluxus a p̄nº ē paruꝰ subtilis ⁊ aquosus ⁊ si fuerit ex ruptura ē mlt̄us ⁊ venit subito. si ex corrosiōe aut de sudatiōe paulatine vēit ⁊ i parua q̄ztitate si ex putredine sanguis ⁊ mala q̄litate hūoris tūc sāguis ē fetidus turpis aspectus cū dolore ⁊ pūctura. emorroydes ⁊ vlcera cognoscūt̄ ex visu ⁊ tactu ⁊ fluxus ē piodat̄. Si aūt fluxꝰ sanguinis sit aquosus subtilis nō cals tūc vr̄ mulieri q̄ sit ipgnata cū nō sit. ¶ Pronoˢ nimius fluxꝰ mēstruoꝝ ducit ad egritudies ꝯsumptiuas ⁊ hydropisiꝫ ⁊ fe. ⁊ dolorē dōsi ⁊ passiōes stōi sicut ē debilitas digestiue ⁊ ablaº appetitus ⁊ sic de aliis. Itē vria nigª in colore spissa i suba multa i q̄ztitate cū sediē nigº residēte i fūdo solonē mēstruoꝝ significat ⁊ si ē nālis seqt̄ iuuamētū. si nō scit̄ ex dolore pectinis cū granedie cruriuꝫ ⁊ palido colore. ⁊ sic de aliis. ¶ Cura nullus fluxꝰ restringat̄ quādiu mulier ē bñ colorata quādiu pōt tollerare et si fuerit ꝑꝑ causas māifestas reducat̄ ad tēperiē ꝑ suū ꝯtrariū. Nūc aūt q̄zm ē de p̄nti oēs cause p̄nt reduci ad duas aut ad nimiā frigiditatē aquosā subtilē idigestā. aut ad nimiaꝫ calitatē subtilē acutā. ⁊ si cā fuerit fr̄a ⁊c̄. dentur ea q̄ calefaciunt ⁊ igrossant ex ꝑte ciborū ⁊ medicamim vt lac coctū frumēm coc. fa. tritici faba fracta cū cinamomo. vinū grossum risuꝫ mēta ⁊c̄. Medicamia sint nurcipssi folia eius mirra mastix thus laudanū anisum assatū ⁊c̄. vꝫ ēt exercitiū forte fricatiōes ⁊c̄. si cā fuerit calīa cibi sint lentes cū aceto portulaca lac acetosum coctū panis ordeaceꝰ. pira coctana. nespula. suba cauliū duabꝰ aqs abiectis medicine sint fr̄e stiptice vt cāphora acatia spodiū sumach mirti plātago gnqꝫ niuia san. dra. ypoqstidos ⁊c̄. ¶ Cura ꝑticularis si fluxꝰ fit ē multitudine sanguis flōmet̄ de vēa manus basilica. ⁊ si ꝟtus fuerit fortis in dextra flōmet̄. si nō i sinistra. nā flōª huiꝰ vene de ꝓꝑetate oēm fluxū retinet sicˉ flōª saphene de ꝓꝑetate mēstrua ꝓuocat flōª ēt basilice multū cōfert. ⁊ stringet̄ fortiter radices mamillaꝝ aut vētosa sub mamillis. aut ligatio adiutorii fortis ꝯfortet̄ vulua ⁊ loca iª cū isto ēplo. ℞. boliar. mirtiloꝝ rosaꝝ rubeaꝝ balaustiaꝝ añ. ℥. iii. terāt̄ ⁊ misceāt̄ cū aq̄ ro. ⁊ albumie ouoꝝ aceti paꝝ. sedat mulier i qua frigida in qua p̄nt poni pulueres dictaꝝ reruꝫ cū corticibꝰ radicū vlmi ⁊ q̄rcus ⁊ alioꝝ stipticoꝝ. ¶ Aliud ad idē. ℞. suci plātaginis. l̄. i. aq̄ ro. ℥. iii. aceti. ℥. ſ. corali rubei karabe lapidis ematitis boliar. mirtiloꝝ cupulaꝝ glādiū olibani añ. ℥. ii. terre sigillate vel argille q̄d̄ sufficit puluerizent̄ ⁊ fiant duo empl̄a vnū añ. ⁊ aliud retro vel fiant vnguenta sicut placet.

¶ Ad idē vꝫ empl̄ꝫ de stercore recenti asini. ab itra. pº ꝑ os vꝫ syrupus de mirtis cuꝫ aq̄ plantaginis aut trocisci de karabe. ana. ʒ. i. corali rubei cum aqua plantaginis per ifra fiat

tale pessarium. ℞. trocisci de karabe succi plã taginis añ. q̃tum sufficit fiat suppositoriũ durum. Et ex secretis est iniectio stercoris asini ¶ Cura fluxus mẽstruoꝝ nõ rubeoꝝ vt si materia sit alba flegmatica digeratur cum isto. ℞. artimesie saluie capilli ve. camedreos camepitheos origani melliloti ozimi. sansuci. calamenti scolopendrie. betonice. scabiose. ypericon ciperi polipodij liquir. gentiane rubee ana. ℳ. ʒ. spice nardi squinanti assari thimi epithimi camomille. ros. viol. añ. ʒ. ii. sandal. seminuz cõium añ. ʒ. ʒ. seminis anisi feniculi ⁊c. iuniperi millefol. rute añ. ʒ. ii. bulliãt in aq̃ vsq3 ad consumptionem tertie partis. ⁊ cum zucharo syrupizetur. dosis est. ℥. ii. de mane cum aquis conuenientibus ⁊ cinamomi parũ. ¶ Deinde purget cũ mirabol. kebulis coctis cũ aqua decoctionis scolopendrie mirtiloꝝ ⁊ mellis ros. Aut cũ medicamine de turbith. aut cũ benedicta aut cuz. ʒ. i. pillulaꝝ fetidaꝝ ⁊ sic de aliis. ¶ Deinde ꝯfortet epar ⁊ matrix cũ isto. ℞. ros. ru. sandaloꝝ ru. mirtiloꝝ añ. ℥. i. masticis vernicis mumie nucuz cipressi añ. ℥. ʒ. terantur. cũ oleo de mastice ⁊ farina ordei fiat emplastrũ vel vnguentũ bibat vinũ rubeũ claꝝ non dulce. Alia cibaria sint boni chimi cum pipere ⁊ croco. vtat dyãbra dyagalanga ⁊ sic de aliis super ventrẽ ẽt fiat emplastrũ dictũ supra capitulo de fluxu sanguinis. ventose etiam ponãtur sub mamillis. ¶ Si ex melãcolia digeratur cuz syrupo dicto supra. aut cũ alio conuenienti : secundo purgetur cũ mirabolanis indis decoctis in aqua decoctionis scene epithimi cũ melle rosato. aut cũ. ʒ. i. pillulaꝝ fetidaꝝ aut de lapide lazuli ⁊ sic de aliis. deinde fiant supradicta. ¶ Si ex colera digeratur cũ isto aut alio conuenienti. ℞. rosaꝝ vncias quattuor balaustiarum violaꝝ mirtiloꝝ ana vnciã vnã. zuchari librã mediã cũ aqua pluuiali fiat syrupus. ¶ Purget cũ mirabolanis citrinoꝝ vnciam mediã ⁊ reubarbari. ʒ. ʒ. infusis in aqua decoctionis prunoꝝ plantaginis ⁊ mirtiloꝝ. Cibaria cõdiantur cũ agresta vino granatoruz ⁊c. Epithimetur epar ꝯtinue cũ petiis infusis in aqua rosata ⁊ oleo rosato. ¶ Si ex subtilitate sanguinis nõ subtrahatur sãguis nec flõmia nec ventosis sed omnia igrossantia conferũt. summat sepe orizachar ã ⁊ de aliis ingrossantibus fiant ligationes ⁊c. ¶ Si ex casu flõmetur basilica brachii aut manus vt supra. sumat sepe trociscos de karabẽ cum syrupo de citoniis fiant vnguenta ⁊ emplastra vt supra. ¶ Si ex debilitate matricis ⁊ apertione venaꝝ quod significat exitus san. puri sine dolore curetur cuz stipticis ⁊ cõfortatiuis sua aromaticitate ⁊ proprietate cũ diuersionibus vt ventosis sub mamillis sine sacrificatione cuz balneis ⁊ sic de aliis. ¶ Nunc restat ponere aliqua experta primũ. ℞. flores nucũ ⁊ cucurbite desiccatos ⁊ puluerizatos da in ouo sorbili. ʒ. ii. vel sic ad idem. ℞. folia plãtaginis ⁊ trifolii vel semẽ eius fiant tortele ⁊ detur puluis. Ad idẽ. ℞. coraloꝝ rubeoꝝ. ʒ. i. puluerizẽtur ⁊ cũ. ℥. iiii. aque plantaginis detur cũ vadit dormitũ ⁊ plus valet si addatur de cornu cerui vsto. Suppositoriũ ad idez. ℞. mumie san. dra. opii paꝝ distemperẽtur cũ lacte mulieris aut fiant ex succo plantaginis cũ lana. Et nota q̃ si exit sanguis ex emoroydib[9] matricis cura ẽ vt dicetur infra de emoroydib[9]

¶ De retentione menstruorum. Cap. ii.

Retinentur mẽstrua preter naturã. aut ꝑpter causas extrinsecas sicut exercitiuz nimiũ fames. accidẽtia anime nimia pinguedo. febris ptisis. ydropisis cicatrix in vulua ⁊ sic de aliis. ¶ Si ab itra aut ex debilitate virtutis aut membri aut humoris. Si ꝑmo mõ est ꝑꝑ aliquã de malis cõplexionibus debilitantibus virtutẽ. sicut est mala cõplexio calida cũ excedit. aut frigida ⁊c. ista debilitãt virtutẽ vt non expellat superfluuz. Si ex mẽbro aut est strictũ corrugatũ. Si ex humore ẽ aut ex qualitate. aut quãtitate vt ex paucitate sanguinis ⁊ humiditatis totius corporis aut ꝑꝑ grossiciem ⁊ multitudinẽ eius. aut ex ꝓuocatiõe. aut ꝓpter apostema ⁊ sic de alijs. ¶ Signa si mẽstrua retinẽtur ex causa frigida tũc mulier ẽ discolerata somniculosa. sine siti cũ pulsu tardo vrina ẽ remissa. ⁊ aliquãdo emittit superfluitates mucillaginosas per intestia ⁊ aliquãdo per vuluã. Si ex caliditate signa sunt opposita ⁊ in discernẽdo hoc tollitur panus lineus ⁊ infunditur in mẽstruis ⁊ exiccat ⁊ tunc si color declinat ad citrinũ causa fuit calida. si ad albedinem fuit frigida. Si ex paucitate sanguinis est extenuatio corporis. ⁊ plũbeitas coloris cũ citrinitate quadam: ⁊ sequitur alias egritudies ꝯsumptiuas. Si ex grossicie sanguinis scitur ex vsu grossorum ⁊ viscosorum oppillatiuoꝝ per naturã. Si ex lacte ẽ inflatio mamillarum plus solito cum maiori

Ctitate lactis vltra cõsuetu3. Itẽ vrina alba tenuis habẽs resolutiões cinerosas subtiles multe adherẽtie ꝛ nigri coloris residẽtes in fũdo vrine retẽtionẽ mẽstruoꝝ significat. ¶Pronosticatio si mẽstrua ꝑter naturã retineãtur ꝓnosticare in mẽbris animatis caliginẽ epilẽsiam maniã: ꝛ sic de aliis: ꝛ in mẽbris spiritualibus tussim ptisim suffocationẽ: ꝛ sic de alijs in nutritiuis aut nausceam hydropisi3: ꝛ sic de alijs. ¶Cura p̃io si pticularia ꝯsentiãt fleõmetur de vtraq3 basilica: secũdo de vtraq3 saphena primũ fit pp cãm ãñcedẽtẽ: scd̃3 pp cãm cõiũctã vt trahaẽ mã ad iferiora. scd̃o di geraẽ ꝛ purgeẽ ꝭ3 exigẽtiã humoris peccãtis post vtaẽ diureticis ꝛ apitiuis. Et nota ꝙ ꝓuocãtia vrinã ꝓuocãt mẽstrua: materialia ergo sũt quãdo frigiditas fuerit in cã artemisia origanũ calamẽtũ pulegiũ anisũ nigella. ꝛ sic de aliis. Ex his põt fieri pessariũ vnguẽtum aut potio ꝛc. Fiãt ligature dolorosa tybiaꝝ ꝛ coraꝝ: fiant vẽtose in pte domestica coraꝝ: ꝛ iste etiã valẽt in ꝓfocatiõe matricis. ¶Si cã sit calida mãlia sũt apiũ bru'ci. scolopẽdria capillusueneris endiuia: q̃tuor seia frida: ꝛ sic de alijs. ¶Cõposita sũt multa ab itra ꝛ ab extra ꝑ os ꝛ ꝑ ifra primũ est syrupus iste. ℞. rubee maioris. ℥. ii. radicũ asparagi brusci cipi graminis leniſtici ãñ. ℥. i. artemisie nepite valeriane calamẽti pulegii ãñ. M. i. mellisse. M. ii. semis siseleos. ℥. i. xilobalsami carpobaẽ. ana. ℥. i. spice nardi. ʒ. ß. ligritie passulaꝝ ꝛc. ãñ. ℥. i. floꝝ sticados ꝛ anthos ãñ. ℥. ß. zuchari ꝛ mellis quãtum sufficit dẽtur. ℥. ii. cum brodio cicerum aut cum. ℥. iiii. clareti boni. ꝛ si indiget purgatione purgeẽ cum. ℥. i. benedicte distẽperate cũ decoctiõe rubee tinctoꝝ nã aq̃ distillata radicũ rubee fortiter ꝓuocat. Itẽ artemisia sumpta omni mane prouocat. Item ℥. i. trifere magne sine opio cũ aq̃ ciceꝝ aut vino albo. ¶Ex exptis tamen est hic puluis. ℞. assari betonice cassie lignee cinamomi cipi nigelle squinãti yreos ãñ. ʒ. i. pistẽtur ꝛ grossum extractũ a puluere subtili infundatur in bocali vno vini albi subtilis ꝛ dietim sũmat bis. ℥. iiii. cum. ʒ. i. pulueris dicti. ¶Expertum Bẽtilis. ℞. calamenti radicum pastinace siluestris sileris montani assari ana. ℥. i. anisi. feniculi ãñ. ʒ. duas. cinamomi. ℥. ß. coque cum. ℥. viii. mellis clarificetur ꝛ summat ciatum me dium cum aqua calida. Ite3 trocisci de mirra cum aqua calida in aqua decoctum fit semen iuniperi fortiter educit. immo aliquãdo excutit fetum pregnantis ex vtero dosis eoꝝ est. ʒ. ii. Per infra fiat pessarium de bombace ꝛ inungatur cum oleo musellino musci parum aut fiat cum radice gẽtiane pulegio ꝛ nigella cum ficubus. Ab extra fit balneum cum simplicibus dictis. ꝛ similiter vnguenta ꝛ emplastra. ¶Si ex paucitate sanguinis impinguetur si ex grossicie eius vtatur brodio ciceꝛum ꝛ faxeoloꝛum cum aneto ꝛ cimino origano calamento. ꝛ sic de aliis subtiliatiuis. Et ita ab extra cum oleo de spica lilio. ¶Si ex multo lacte stiptica mamilẽ appone vt supra capitulo de restrictione lactis.

¶De prefocatione matricis. Capm. iij.

Matrix aliquando declinat versus alterum vertebrum. ꝛ dicitur precipitatio aliquando descendit infra. ꝛ dicitur casus aliquando descendit ꝛ ascendit supra vsq3 ad dyafragma. ꝛ dicitur suffocatio siue prefocatio matricis. ¶Cause extrinsece primi ꝛ secũdi sunt casus aut nimius conatus: aut q2 sederit sup lapidẽ frigidũ: aut in aqua frigida: aut q2 inunxit se vnguentis frigidis: aut q2 exposuit se vẽto frigido. ꝛ sic de aliis. ¶Si ab itra: aut ex paralesi aut mollificatione lacertorum aut ex concursu humiditatis aquose versus matricẽ aut ex vẽtositate ꝛ sic de aliis. ¶Signa si fit ꝑcipitatio tumor est in altero laterũ dolor ꝛ grauedo. ꝛ si cadat infra dolor est in inferioribus: etiã aliquãdo notabiliter a3 extra. ꝛ si foramen est tortuosum. tunc est dislocatio orificiũ matricis qd̃ latet inferi⁹. ¶Pronosticatio. si matrix diu steterit dislocata. ꝛ ꝑcipue si steterit extra difficulter aut nũq̃ curatur. ¶Suffocatio ãt fit ꝓpter vapores corruptos venenosos quare accidit cõpressio spiritualium ꝛ sincopis ꝛ ablatio sensus ꝛ mot⁹ in toto corꝑe vapores aut corrupti ascendunt aut ex spmate retẽto vt in viduis: vt ẽt i puellis adultis cũ carẽt viris aut ex hũore corrupto in matrice aut ex retẽtione mẽstruorum. ¶Signa differt hec passio vt supra satis a principio dictu3 fuit. ab epilensia quia hic nõ est spuma in ore ꝛ ab appoplesia q2 hic nõ est tanta difficultas hanelitus ꝛ a litargia quia non est febris. ꝛ discernitur etiam ex hoc. naz mulier debens pati suffocatione3 patitur scotomiam ꝛ vertiginem ꝛ dolorem capitis. ꝛ sentit fumum nociuum ascendentem ad superiora ꝛ tenet manus compressas super ven

trem. ⁊ tenet genua reflexa ⁊ si vocatur pro/
prio nomine bene intelligit: sed respondetur
non potest. ⁊ post paroxismum. de his omni
bus recordatur. ¶ Pronosticatio huius paf
sionis species sunt multe. tamen peior est que
ducit ad difficultatem hanelitus. ⁊ si paroxif
mus sit longus sepe ex hoc moriuntur. ⁊ vtrꝫ
sit mortalis vel non scitur ex dictis supra. vt
per cotum carminatum prope nares applica
tum ⁊c. Item vrina alba in colore. spissa in
substantia siue grossa liuens superius cum re
solutōibus emoroydalibꝰ flaui coloris. aut
nigri multe adherentie residentibus in fundo
precipitationem matricis significat. ¶ Et si
ad dextrum precipitet vertebrum accidit dor
mitatio cruris ⁊ pedis dextri ⁊ si ad sinistruꝫ
sinistri. ¶ Item vrina rubea in colore. aut si/
milis loture carnis aliquantulum grossa in
substantia liuens superius cum resolutioni/
bus cinerosis ⁊ nigris residentibus in fundo
habentibus multam adherentiam suffoca/
tionem matricis significat. Unde si ascendat
ad dextrum accidit hydropisis vera aut mol/
la. si ad sinistrum suffocatio. ¶ Cura. primo
precipitationis est vt digeratur materia. si
fit in causa cum syrupo facto ex arthemisia
camedreos camepitheos. radicibus yreos
yringorum. ⁊ sic de aliis. purgetur cū pillulis
fetidis. aut cum turbith. aut cum decoctione
kebulorum ⁊ mirtilorum cum zucharo rosa
to veteri. post detur tyriaca aut alia confe/
ctio. vtatur dieta stiptica vt vino. ⁊ rebus af/
sis conditis cum sumach vino de granatis
cum puluere facto ex pipere longo cardamo
mo galanga ⁊ croco. Item sedere in aquis
stipticis multum valet vt cum isto. ℞. foliorū
quercus sorbe nespule summatum bedeguar
cipressi mirti valeriane nepite an̄. M. i. ex his
etiam fiat saculus super quo sedeat. ventose
etiam vna sub vmbilico alia super latere op
posito lateri ad quod precipitauit valde con-
ferunt. ¶ Ubi vero sit ex duricie orificii inte-
rioris matricis quod precipitur per tactum
etiam quia matrix comprimit meatus fecuꝫ
⁊ vrine quare vrina ⁊ egestio difficultantur ēt
sentit rem rotundam infundatur tenta grossa
in modum virge i oleo. de lilio vt sustineat
matricem imponatur. deinde fiat vnguentū
⁊ balneum mollitiuum ⁊ remota duricie fiat
vt supra. vngatur etiam os vulue cum oleo
de mirtis ⁊ post cooperiatur isto puluere. ℞.

nucum cupressi numine balaustiarum alumi
nis zuchari boliarmeni an̄. ʒ. v. Aut fiat istud
suppositorium. Recipe nucum cipressi galla
rum florum squinanti ⁊ cameleonte rosaruꝫ
ana. ʒ. v. pillorum leporis. ʒ. i. puluerizentur ⁊
ponantur in saculo raro in modum digiti lō
gi manus infundatur in vino calido decoctio
nis florum cameleontē ⁊ post exitum balnei
in collo matricis ponatur ⁊ breuiter que va/
lent in fluxu menstruorum etiam precipita/
tioni conueniunt. ¶ Si autēꝫ adsit casus ma
tricis ventosetur sub mamillis deide ponanꝭ
aromatica naribus ⁊ suffumigeꝭ cū fetidis ⁊
qđ apparet exterius obstitrix ponat loco suo.
deiñ bulliāt in vino mastix nux cipſſi ypoqſti
dos boliarmeni inungatur lana ⁊ super orifi
cium ponatur. emplastretur venter cum mē
ta artemisia saluia bullitis in vino pontico.
¶ Si ex vētositate sacceletur totus venter cū
surphure aniso ⁊ ruta bullitis i vino. ¶ Cura
suffocationis. ⁊ primo cum est in paroxismo
est vt fricentur extremitates fortiter ⁊ core
dolorose ligentur: ⁊ ventosa predicto loco
apponatur. hoc enim euacuat ⁊ diuertit fiat
sternutatio cum eleboro albo aut cum casto-
reo ⁊ cetera. naꝫ ex tali forti motu se reducit
fetida apponanꝭ naribꝰ vt suffumigiū de assa
fetida de plumis aut scarpis vstis aut sulphu
re aut cum pannis vnctis in amurcha olei
suffumigentur inferiora cum isto puluere. ℞.
ligni aloes storacis calamite gariofi. an̄. ʒ. i.
musci ambre an̄. pax vt. g̃. ii. puluerizenꝭ ⁊ po
nanꝭ i pāno lineo ⁊ supponanꝭ aut sup carbo
nes vt recipiat fumum per embotum nā ma
trix sequitur odorifera ⁊ fugit fetida. Itē ob/
stetrix intingat digitū in oleo mussellino aut
de balsamo aut de spica aut de lilio ⁊ intro-
mittat in os vulue ⁊ fricet inducendo titula-
tione in matrice trahet matricē infra ex qua-
cūqꝫ cā fuerit. Itē ventosa sine scarificatione
sup vmbilico confert. ¶ Remoto paroxismo
si cā sit retentio mēstruoꝝ flōmeꝭ de saphe
nis inferioribus ⁊ sic de aliis vt supra. Si ex
spermate minoretur. vnde si nubsit cogeat.
si non fiant sepe flobothomia ⁊ purgationes.
vtatur exercitio. ⁊ medicinis exiccantibꝰ sper
ma cum dyacimino cū vino decoctionis ca
lamenti rute ⁊ mentastri aut rafalda. intin-
gat digitū in oleis predictis. deinde in collo
matricis titilationē inducat aut alio mō secū
dum ꝙ maledicte mulieres melius sciūt me

dicis. ¶ Ex expertis tamen est vt mulier sūmat sepe.ʒ.i.pro vice agni casti ⁊ dieta sit subtilis generatiua pauci sanguinis.

¶ De molla matricis. Capitulum.iiij.

Molla matricis est frustum carnis sine figura.generatur autem cum multū semen calidum aut alia materia currit ad matricem absq; semine virili.aut si fit deficit in virtute:quare non concipit eo ꝙ corrumpit mēstrua retenta:vnde mutatur illud totum in carnositatem:aut in humiditatem mixtaz cum ventositate quare matrix tumescit ⁊ assimilatur impregnationi propter multa. prio quia mēstrua retinentur.secūdo vēter est humidus ⁊ sentit motus ac si esset embrio mamille indurantur:appetitus cadit ⁊ discoloratur. Sed differt quia motus in molla non est ordinatus ⁊ non mouetur de latere ad latus nisi cum compressione:venter est durior. Itē manus ⁊ pedes sunt molliores vel saltem aliquādo mollescunt.item mamille non ita indurescunt queadmodum in conceptu vo. item in molla mulier est debilis nec portat tēpore determinato:oppositum est in pregnatione vera. Item nota ꝙ vrina in molla potest apparere cum resolutionibus eisdē ⁊ in suffocatione matricis. Pronosticatio.si molla non curatur vsq; ad quatuor annos vtplurimuz nō curatur.sed protendit vsq; ad finē vite. ¶ Cura molle carnose est vt primo mollificet matrix cū emplo:aut cū aqua decoctionis maluauisci seminis lini fenugreci floꝝ camomille malue aneti ⁊c.deinde fiat clistere vel suppositorium cuz trociscis de mirra cum aqua decoctionis mente ⁊ calamenti aut cuz apozimate de semine pentafilon purgetur sepe si est ex humore viscoso cum pillulis fetidis aut cum pigra aut cuz benedicta deinde vtat tyriaca cuz suco mēte vel rute aut aqua ciceris vel faseleoꝝ:deinde fiat istud pessarium ⁊ hoc est forte. ℞.elebori albi oppoponacis añ. ʒ.ii. fellis bouis.ʒ.i.fiat pessarium ⁊ misce. ¶ Ab extra inungatur venter cū oleis de spica de lilio.⁊ sic de alijs condiantur cibaria cum sinapi ruta ⁊ pipere. ¶ Si a vētositate ab intra ⁊ ab extra vtat carminatiuis.⁊ sic de alijs. Et nota ꝙ expulsio fetus est prouocatio mēstruorum ⁊ expulsio molle matricis:fit etiam per easdem medicinas. Sed in molla reiterētur ⁊ diutius approximentur. Potio ergo cōueniens ad hoc. ℞.aristologie longe ⁊ rotunde asse fetide.℥.s.spice nardi agarici añ.ʒ.ii. mirre.ʒ.i.confice cum decoctione petrosilij ⁊ florum porri ⁊ dentur.ʒ.ii.⁊ est fortis.

¶ De ragadiis pruritu ⁊ dolor in matrice. Capitulum quintum.

Vlcera ragadie pruritus dolor aliquando accidunt in matrice. Causa exterior est sicut casus ⁊c.partus inālis grossicies virge īpositio medicine acute vt nigelle ⁊ sic de aliis compressio nimia ⁊c. ¶ Si ab intra aut est ꝑpter rupturam apostematū aut propter humores acutos ⁊ corrosiones ⁊ tūc dicitur priapismus aut sathiriasis aut ⁊c.⁊ differūt: qr licet sit cōtinua erectio in vtroq; sexu aliquādo perducēs ad furiam aut ad spasmū ⁊ egritudines malas tñ sathariasis quandoq; accidit cuz desiderio ⁊ necessitate priapism⁹ aūt non. Cura tamē est eadē.s.purgando materiam vt cuz pillulis fetidis aut cuz alio cōuenienti.⁊ si vētositas adsit cū carminātibus ⁊ inungēdo renes cū vnguētis frigidis siccis ⁊ sic de aliis:aut ꝑpter saniem aut ꝑpter siccitatem loci aut ex poris aut ex carne addita ⁊ sic de alijs. ¶ Signa si illud quod erit est saniosum:tunc est ruptura apostematis aut pustule matrix minus sicca.⁊ si est virulentū fetidum:tunc est corrosio.⁊ si ē sicut lotura carnis tunc est putredo. Si ex humoribus calidis est ibi punctura ⁊c.si ex frigiditate omnia sunt remissa. Si ab extra de facili scitur: si in ꝓfundo scitur ex dolore. ¶ Pronosticatio.patet ⁊ vbi vis certificari de his egritudinibus vtere speculo. ¶ Cura est vt purgetur cuz flobothomia farmacia ⁊ vomitu ꝺm exigentiaz humoris.mittiget dolor cū suco plantaginis portulace quinq; neruie.⁊ sic de aliis. ⁊ istis tepidis iniciantur in matricem mundificetur matrix cum decoctione absinthii ysopi mellis rob.vini albi ⁊ lacte fiat etiaz ex istis pessarium. Et vbi esset multa humiditas mūdificetur cum vnguento apostolorum aut viridi dissolutis in aqua decoctionis fumiterre. vel rosarum:aut super liamo si fit in collo.deinde incarnentur ⁊ consolidentur vt supra de cura vlcerum. ¶ Ragadie autem sicce fomētetur sedendo in aqua tepida decoctionis cācrorum ranarum limatie ⁊ malue aut seminis lini vngatur cuz vnguento de cerusa: aut cum isto. ℞.pepuleon.℥.ii.camphore.ʒ.i.cerusse.℥.i. albumina duorum ouorum fiat vnguentum lento igne miscendo de aqua rosata

quod sufficit. flobotbometur de basilica manus sinistre. remoto pruritu abluatur sepe locus cum vino calido rubeo. decoctionis mirti thuris nucu3 cipressi τ aloes. aut mumie τ si esset magnus dolor cũ decoctione ysopi τ absintbij cum melle aut cũ ydromelle cũ radice yreos. aut mũdificeł cũ p̄dictis vnguentis vt supra ꝯsolidati^m sit tale. ℞. dragagãti gũmiara. isusoꝝ in aqua roꝭ. aloes ceruse lote olibani sanguis draconis. añ. ʒ. i. litargirij. ℥. ʃ. olei roꝭ. ʒ. ij. cere quod sufficit.
olei vt clisterizeł. ℞. ceruse aloes olibani sanguinis draconis bolliarmeni añ. ʒ. ij. cõquassa τ bulliãt in lacte caprino quantum sufficit vsq3 ad medietatẽ colleł τ in matritẽ iniciał. Et si esset ardor suppositoriu3 cocti in aqua roꝭ. vel plantaginis aut decoctio reꝝ frigidarum vt mirtilloru3 rosaꝝ τ lentium τc̃. remouet. ¶ Cura vero virge apparentis in vulua non est possibilis nisi vrẽdo τ incidẽdo. ¶ Cura vero cancri matricis succedentis ad apostema vel vlcus cuius signa sunt q2 cũ nascił est in modũ ciceris τ vene circũstantes sunt nigre cũ duritie calore τ pulsatione vsq3quo vlceratur τ si vlceratur emanat ab eo virus viride vel nigru3 fetens cum labijs duris in filtratis τ tunc nõ curatur sed blandił. Purgetur ergo cum pillulis fetidis aut cum decoctione mirabol. indoꝝ sene epitbimi cuscute prunoru3 fumiterre τ dulcoretur cum melle roꝭ. Clisterizetur cu3 aqua decoctionis cãphore nenufaris τ papaueris albi rosarum τ iusquiami paru3 vngatur isto. ℞. olei roꝭ. vł nenufaris aut papaueris cere ana. ℥. ʃ. camphore. ʒ. ʃ. Abstineat ab acutis τ a cibis melãcolicis dieta sit hũida. Cura aũt apatũ trabi põt ex dictis ꝯsiderata causa τ sic de alijs.

¶ De difficultate ipregnatiõis. Capłꝫ. vi.

Difficultas impregnationis multipliciter ꝯtingit. aut ex multitudine adipis. aut ex magnitudine vel paruitate virge τ ex arcuatione ipsius: eo ꝙ tunc sperma erit filose τ nõ cũ ĩpetu. aut ex velocitate motus post coitũ. ¶ Signa haꝝ patẽt. Aut ex frigiditate τ lubricitate matricis. τ signa hui⁹ sũt. pũitas rubedinis mẽstrui cũ paucis pillulis in pectine τ a matrice continue fluunt humiditates multe cũ pigritia ad operationes τ mollitie corporis τc̃. aut ꝓpter ventositatẽ grossa3. τ tũc est inflatio τ rugitus in matrice. Aut ex caliditate matricis. τ tunc extenuatur mulier in coitu. habet multos pillos ĩ pectine habet paucũ mẽstruũ citrinu3 aut nigrũ. Aut a siccitate. aut ex vlceribus τ emorroydib⁹ matricis. ¶ Si ex parte spermatis hoc ẽ q2 nimis calidu3 vel nimis frigidũ τc. aut q2 vir τ mulier conueniunt in complexione τ sic de alijs: ¶ Signa cõceptionis sunt quando post coytu3 remanẽt vulua τ virga exiccata. adest pigrita. declinatio ad somnũ. stringitur os matricis. mẽstrua retinẽtur. pupille mamillarũ denigrantur. fit nausea malus appetitus. τ malus color faciei. in fundo vrine apparẽt resolutiones siue ypostasis alba in modu3 bõbacis carminati. Item dicitur ꝙ si in scutella munda fingatur acus deinde ꝓiciatur vrina mulieris intus. si est pregnãs ypostasis adheret acui. si nõ. non vnitur nec adheret acui. ¶ Et ad probãdu3 vtrum possit concipere vł non imponatur galbanum in vuluam eius. τ si ex hoc supercalefiat fumitas vulue scilicet capitis ꝯcipiet. τ si non non. ¶ Et vbi vellis certificari de impregnatione cũ mẽstrua retinentur τ alia adsunt signa impregnationis vt supra fiat cum isto experto. ℞. castorei acori. anisi seminis apij. ana. ʒ. i. puluerizentur τ bibatur cum vino permixto. na3 si est grauida calefacit fetum τ confortat ipsu3 τ non nocet ei. τ si impregnatio non est causa retentionis menstruorum prouocat ipsa τ confert valde. ¶ Signa cõceptionis masculi sunt bonitas mulieris paucitas pãni. bonus color. pũitas coytus ex desiderio nãlis q̃uis desideriũ fricatiõis loci fit magnũ ex multiplicatiõe caloris τ supfluitatũ iducẽtiũ pruritũ ĩ loco adest inflatio pupille dextre mamille cũ nigredine declinãte ad rubedinẽ fluxus sanguis ex nare dextra lenitas motuũ inflatio vẽtris sup os stomachi τ vmbilici. ¶ Signa scie sunt istis opposita. Et si vis certificari ð h⁹ fac ꝙ mulgat aliqd de lacte suo ĩ aquã tepida3 τ si lac supnatat argue masculũ cõcepesse si nõ feminã. Itẽ ꝯsidera quẽ pedẽ ꝑ mouet τ si dextꝝ argue masculũ si ñ feminã. ¶ Cura ḡ difficultatis ĩpgnatiõis τ ꝑ ꝑꝑ adipẽ est purgatio frequẽs cũ dieta subtili τ cu3 alijs macrefaciẽtibus corp⁹ vt suffumigatõib⁹ siccis factis cu3 castoreo synapi costo euforbio mirra spgẽdo sup prunas vt fumũ recipiat in vulua cũ embolo. fiat ẽt puluis ex istis τ suppõał cũ radice cassi barbasi vł maluauisci ĩuoluta ĩ eodẽ puluere ¶ Si ex virga parua elligat mulierẽ

paruaꝫ aut deprimat caput mulieris ꝛ bene elleuet crura ꝛ adhereat fortiter vt quasi testiculi ingrediat̃. ¶ Si ex magnitudine virge eligat mulierē magnaꝫ ꝛ si mulier sit parua teneat cum manu sua virgā prope testiculos vt semen viri exiens p virgā longā non refrigeret̃. ¶ Si ex tortuositate ita ꝙ filetū retrahat preputiū incidat̃ ꝛ curetur sicut dictū est. ¶ Si ex velocitate errectionis mulieris iaceat post coitū super spinā per duas horas vel sic anchis elleuatis ꝛ cossis bene coniunctis. ¶ Si ex frigiditate matricis vtat̃ cibis boni chimi cū speciebus calidis ꝛ odoriferis cū bono vino rubeo ꝛ cōfectionibus calidis vt dyābra ꝛc̃. Fiat etiā suppositoriū cum vino bono cū decoctiōis bdelij ꝛc̃. aut i os matricis iniciatur oleū balsami. ¶ Si ex lubricitate matricis quod sepius cōtigit digerat̃ cū isto. ℞. anisi ameos gallitrici maiorane origani ozimi mellisse petrosilij rorismarini ysopi yreos ana. ℳ.i. matricarie. ℳ.ij. cū aqua bulliāt ꝛ collatura syropizet̃ cū cōserua corticis citri ꝛ aromatizet̃ cū puluere spice celtice squināto ꝛ sumach det̃ in quinqꝫ diebus cuꝫ aquis cōueniētibus deiñ de supradicta decoctione. ℥.iij. ꝛ in ea distēperet̃ benedicte simplicis yerepigre. ana. ʒ.iij. agarici. ʒ.i. salisgemme cinamomi añ. parꝫ ꝛ facta purgatione bulliāt hec in vino ꝛ aqua. ℞. ysopi radicis vitis albe saluie rorismarini origani. petrosilij. celidonie. melisse maiorane tamarisci radicis yreos betonice ana. manipolos duos. radicū. ebullorꝫ manipulos duos cōtūdant̃ ꝛ bulliāt vt dictū est ꝛ in ea calida sedat semel in die ꝛc̃. Itē cū egreditur de balneo habeat licinia ex his facta. ℞. pulueris spice squināti zedoarie radicis vitis albe ana. ʒ.ſ. bdelij resoluti in vino decoctionis artemisie quantum sufficit ad aggregādum predicta ꝛ fiant licinia. Itēꝫ habeatur. libr. ſ. dyambre de qua vtatur singulo mane. ʒ.ij. ꝛ post bibat paruꝫ maluasie ꝛ interduꝫ vtatur isto puluere. Recipe cornu cerui vsti ꝛ loti pulueris. radicis nenufaris ana. ℥.ſ. semis papaueris nigri sumach pice añ. scropulos duos dosis est. ʒ.i. cuꝫ vino vermilio potenti. Itē fiant licinia hec. Recipe radicum acetose. ℥.ij. cimini in aceto infusi made facti. ℥.i. litij. quantum sufficit ad aggregādū ꝛ cum pice nauali fiant suppositoria tenatia ad formam digiti maioris quibus appodiat̃ filum in collo matricis apponantur. ¶ Regimen scilicet rerum non naturalium declinet ad siccum vnde omni die procuret beneficiū ventris ꝛ omni mense menstruuꝫ recipe etiā fumū per traiactoriū piperis ꝛ euforbij. ꝛ storacis ꝛ vti vomitu confert ꝛ hec est cura experta ꝛc̃. ¶ Si ex ventositate matricis si non sit pregnās vtatur decoctione ꝛ ablutione ista. Recipe ameos amomi carui cimini pulegij siselos vtatur etiā puluere istarū rerꝫ vt dyalenga dyacimino comedat carnes assatas ꝛ cōditas cū seminibus ꝛ radicibus carminatiuis vt feniculo aniso ꝛc̃. a comestione abstineat ꝛ a sōno diei iungatur os matricis cū oleo de costo vel de spica vel balsami in quo ponatur aliquid seminis siseleos vel peonie. ¶ Si ex caliditate vtatur frigidis moderato vsu ne ad frigiditatem conuerteretur. ¶ Si ex siccitate assiduet balneum post comestionem simplex aut cum decoctione maluauisci florum camomille fenugreci maluarum borraginis ꝛc̃. vtatur ellecuarijs ꝛ alijs restauratiuis ꝛ impinguantibus vt farina frumenti cum viribus carnium ꝛc̃. ¶ Si ex vlceribus curetur vt supra. Si ex melancolia complexionis spermatis calide elligat ex mulieribus albam mollem ꝛ frigidam ꝛ eius regimen declinet ad frigiduꝫ. Et si ex frigiditate spermatis cura sit per oppositū. ¶ Si ex conuenientia complexionis calide vel frigide distemperate eodem distemperamento experiatur vir in alia muliere que sit contraria complexioni sue aut mutetur complexio mulieris in tantum quod non sit similis complexioni viri ꝛ sic de alijs. ¶ Que autem a proprietate ad conceptionem iuuant sunt scientia baucie cum potatur cum vino ꝛ radix eius cum comeditur. vel da bibere cum vino mulieri viscuꝫ qui crescit in quercu quādo cessauit mēstruum. Ad idem valet bibere lac capre cum melle aut pulueriꝫare vuluam leporis ꝛ bibere cum vino aut bibere ter vel quater. xv. grana diptami cum vino aut comedere tria corda pacerum ieiuno stomacho. ¶ Que autem per infra approximantur in modum licinij sunt coagulum leporis cum butiro cocto. aut stercus vulpis cum oleo rosato. ¶ Et ꝙ plus confert est succus peonie femine vel masculi cum puluere seminis eiusdem mixtis ꝛ suppositis. ¶ Expertis tamen oportet vt primo mundificetur matrix ante aduentum mēstruorꝫ ꝛ post aduentum eorum

sedeat in aqua decoctiõis rosaꝝ rubeaꝝ gallaꝝ ⁊ balaustiaꝝ ⁊ radicū peonie ⁊ post exitū exiccata vulua.candella vel liciniū inuoluat in balsamo mixto cum puluere seminis peonie.vtat oi die dragma vna pulueris seminis siseleos ⁊ ameos.vtatur ēt trifera magna de quarto in quartū cū vino calido rubeo.dosis est dragme due.❡ Que autē cōstringunt vuluam sunt ex constringentibus matricē ne corrupta videat vulgo.bulliat i aq̄ pluuiali puluis granoꝝ vuaꝝ ⁊ d̄ illa sibi lauet vuluā ⁊c̄.

❡De partu innaturali. Capitulū.vii.

Partus innaturalis est qñ fetus exit resupinus.aut primo pedes. aut man⁹. ⁊ dicit difficilis qñ nō pōt exire.sed mater laborat ⁊ angustiat. ❡Cause extrīsece sunt nimia caliditas aut frigiditas ⁊c̄.aut qꝛ obstetrix est idocta.aut qꝛ matrix fuit vulnerata . aut qꝛ ē ibi duricies ⁊ nō bñ dillatat.aut qꝛ part⁹ ē ante tēpus.aut qꝛ matrix patitur aliquā egritudinē quare est nimis constipata.❡Si ab intra aut qꝛ puella concepit ante tempus pubescentie quare adhuc habet meatus strictos. aut qꝛ est pinguis ⁊ habet orificium oppillatum.aut qꝛ mulier est nimis debilis. aut fet⁹ nimis magnus. aut qꝛ est paru⁹ debilis ⁊ nō potest se adiuuare. aut qꝛ est mortuus.aut qꝛ caput est magnum valde.aut qꝛ sunt duo gemelli.aut qꝛ matrix est nimis sicca .❡Sig^a si mater est fortis nec alie cause primitiue appareant significatur ꝙ partus est difficilis ꝓpter secundinam. Et si propter fetū mortuuꝫ tunc est magnus dolor circa vmbilicum febris lenta discoloratio faciei.fetor. hanelitus ascensio vaporum horribilium.instantia vigiliaruꝫ aggrauatio illius lateris super quo se voluit.⁊ cadit de latere ad latus vt lapis.Aliud signum si calefiat bene manus.aut panni ⁊ subito ponantur super ventrem.si non mouetur est mortuus.⁊ non confidas in vno signo qꝛ sepe cadit error . Item vrina alba tenuis cum resolutionibus nigris seperatiꝫ apparentibus in fundo vrine retentionem emoroydarum significat ⁊ melius cadit in pronostico de emorroydibus in capitulo sequenti. ❡Pronosticatio cum dolor declinat versus anteriora.⁊ hanelitus est bonus tunc partus est facilis.Item masculus cum minori labore egreditur q̄ꝫ femina. Item mulieres pingues magis laborant in partu q̄ꝫ macre. Cū appropinquat partus balneetur in tina aque decoctiōis malue camomille violarum seminis lini ⁊ sic de aliis . post vngatur cum oleo sisamino.aut amigdalarum dulcium ⁊ pinguedine galline.⁊ sic de aliis:comedat etiam ante cibum ficus siccas pingues assatas.Cū autem hora partus est dillatet obstetrix orificium suauiter.⁊ cum apparet secundinā scindatur cum vnguibus. iaceat pregnans super ventrem genibus flexis ⁊ applicatis vmbilico.⁊ tunc prouocetur sternutatio. ⁊ tunc dentur duo grana diptami aut de ipso diptamo vel parum suci berbene ⁊ maiorane cuꝫ vino vel lac alterius mulieris cum melle vel pondus vnius denarii croci pulueriꝫati cuꝫ vino aut de puluere aristo.rotū. cum vino ⁊ eiciet adhuc fetum mortuum . Aut Recipe cassie lignee.ʒ.i.corticum cassie.ʒ.ii. bulliant in vino subtili albo.Ad idem valet quod etiam expellit fetum mortuum . Recipe galbani.ʒ.ii. dissoluatur in.℥.ii.lactis capre da in potu. ❡Per infra.Recipe ysopi lilii radicum origani calamenti ana.ʒ.ii. terbentine.ʒ.i. cum lana fiat pessarium aut fiat ex galbano dissoluto in suco artemisie aut ex suco rute cū puluere mirre ⁊ coloquintide parum vnguentum ab extra expellens fetum ⁊ secundinam ⁊ squibalas duras per secessum. Recipe fellis taurini aloes salisgemme misce cum oleo ⁊ ad ignem vngantur partes vulue.❡Que a proprietate conferunt sunt coralus rubeus aligatus core dextre aut agrimonia prope vuluam ligata.⁊ sic de aliis vt magnes i manu aut ligata core. ❡ Vt mulier mundificetur post partum suffumigetur cum fungis ficcis vel cum assa vel cum trifera ⁊ sic de aliis prouocantibus menstrua. Vt dolor post partuꝫ mittiget da decoctionē squinātī aut. Recipe camomille seminis lini ana conquassentur ⁊ fiat saculus.⁊ calefactus in vino aromatico ⁊ ventri apponatur. ❡Ad idem valet coquere vnum cepe vel duo sub cineribus ⁊ cum butyro recenti extendere super panno in modum emplastri. ❡Que autem prohibent conceptionem sunt bibere decoctionem sauine ⁊ iuniperi: aut portare super se pimpinellam: aut supponatur mirra ante coytum . Item si ex kitram inungatur virga ante coytum:vel de suco mente rute vel iuniperi.⁊ sic de aliis.❡Que autem

℞.aloes thuris sarcocolle san. dra.'balaustie anthimonii ali⁹ zucharini.añ.ʒ.ii.floris eris. ʒ.ſ.ex his fiat fief cũ suco fumiterre ⁊ ponat vnus in fistula omni die vsqꝫ ad dies septem: mundificat enim fistulam ⁊ consolidat.

¶ De tenasmon. Capitulum.xi.

Tenasmon est voluntas egrediendi cum nullo vel modico secessu. Et causa huius generalis est omne quod reducit nocumentũ in capite intestini recti: quia virtus sensibilis huius percipiens nocumentum incitat virtutem expulsiuam: vnde cause speciales cõmuniter sunt sex. ¶ Prima est mala complexio frigida: que acquiritur propter sedere sup herbas vel lapides frigidos.⁊ signa patet. ¶ Secunda causa est vẽtositas reclusa in capite recti.cuius signuꝫ est rugitus ⁊ inflatio. ¶ Tertia causa est humor calidus ibi imbibit⁹: cui⁹ signum est dolor mordicatiuus arsura ⁊c. ⁊ eger iuuatur a frigidis. ¶ Quarta est humor flegmaticus viscosus imbibitus in porositatibus recti ⁊ scitur ex expulsione humoris mucilaginosi ⁊ eger iuuatur a calidis. ¶ Quinta est vlcus intestini ⁊ scitur ex exitu intestini. ¶ Sexta est apostema recti.cuius signum est dolor siue tumor notabilis cum tangitur digito ⁊c. ¶ Cura si ex humore flegmatico ⁊c.qd̓ sepius contingit fiat clistere euacuatiuũ flegmatis positũ supra capitulo de cura yliace. ¶ Ubi vero exieret pinguedo vel rasura intestini.fiat etiam clistere restrictiuum stipticuꝫ partium vnitiuum.vt supra de disinteria. Et loco illius valet saculus de sumach ⁊ rosis stipticis infusis in aceto vel vino stiptico ⁊ compressus ponatur sub ano. ¶ Euacuata autem materia mucilaginosa. vt supra cum clisteri infundatur spongia in vino decoctionis fenugreci seminis lini ⁊ caulium ru. ⁊ ex his fiat saculus: qui compressus ponat sub ano. ¶ Ad idem valet absinthiuꝫ ⁊ arthemisia calefacta super tegula ⁊ aspersis vino stiptico.aut accipe scamnum de quercu vel de nuce vel populi.⁊ calefiat ⁊ sedeat eger ano nudo. ¶ Ad idẽ valet decoctio pororum vel caulium ⁊ expressis ⁊ oleo rosarũ aspero.sedeat eger ano nudo desuper. ¶ Ad idem recipiat per anum fumũ lisciui in quo bullita sit radix filicis.⁊ possunt addi ista stiptica vt folia pirorum nespilorum boliarmeni nuces cipssi ⁊c. ¶ Ultima tamẽ medicina est fomentatio vel cataplasma cuꝫ tasso barbasso premisso semper euacuatiuo.⁊ etiam digestiuo si expedit. ¶ Et si exeat intestinum hora egestionis primo repone intestinum cum manu.aut inungatur prius cũ oleo stiptico vt mirtilorum.aut masticis.aut cum vino stiptico in quo bullierint aliqua stiptica. deinde puluerisa super ipsum stercus asini. aut sanguis draconis. ¶ Suppositorium ad idem.℞.thuris litii croci mirre ana dragmã vnam cum suco plantaginis ⁊ vitello oui fiat suppositorium quod teneat in ano omni hora qua assellauit. ¶ Si ex colera purgetur cũ clisteri posito in cura colice ⁊ yliace. deinde intingatur filtrum in aceto albo ⁊ fortiter compressum applicetur ano ⁊ inunge circa anum cum oleo rosarum ⁊ albumine oui. ¶ Per os potest dari decoctio ordei cum mirtis ⁊ rosis.aut electuarium hoc. Recipe zuchari rosa.veteris.zuchari violacei ana vnciã vnã ⁊ mediam.conserue citoniorum. loch de papauere ana vnciam vnam trociscoꝝ de terra sigillata de spodio ana dragmam vnam.lapidis ematitis preparati.ʒ.ſ. medicie ẽt epiate in h⁰ ꝯferunt.vt tyriaca noua filoniũ ⁊ sic de aliis: sint tamẽ vltima.⁊ si expedit permittatur euacuatio. ¶ Si ab vlcere mũdificetur pͥmo cuꝫ vino ⁊ melle post consolidetur cum vnguento facto ex oleo rosato draganti gũmi arabici aloe loto mastice thure ⁊c. ¶ Si ex apostemate calido primo lenta de cotto vel panno molli infusa in oleo rosato ⁊ albo oui in principio supponat. ¶ Sed in augumento ad maturandum fiat vnguentum cuꝫ pinguedine galline mucilagie semie lini ⁊ oleo amigdalarũ dulci. ¶ Si ex apostemate frigido valet hoc.℞.suci apii caulium.añ.℥.i.olei rosarum ⁊ camomille.añ.℥.ſ.⁊ tenta infusa sup ponatur. ¶ Si ex ventositate cõfectio ad ventositatem.aut clistere carminatiuum.aut spõgia infusa in vino decoctionis rute ysopi furfuris calamenti ⁊c.comprimatur.⁊ eger sedeat super spongia. ¶ Ad idem valet saculus ex rosis furfuribus millii vel pannico ⁊ modico salis torrefactis in patella ⁊ suppositis. Et ita curet si a mala complexione frigida quare ⁊c.

¶ De hernia. Capitulum.xii.

Hernia siue ramex qñqꝫ fit ex aqua descendente ad cbistim siue ad bursam testiculoruꝫ que generata est ex errore digestionis in epate que expellitur ad siphac ⁊ dilatando meatuꝫ qui est in capite suspensorii descendit ad bursam ⁊ eam inflat. ¶ Et nota ꝙ

hernia vtplurimũ aduenit pueris. aliqñ autẽ fit ex ventositate propter errorem prime dige stionis. ¶ Fit etiã ex humiditate quã calor po tuit in carnositatẽ mutare. prima dicitur her nia aquosa. scđa ventosa. tertia carnosa. fit ẽt aliqñ ex apãte: aliqñ replenẽ vene hũore me lancolico. ꝛ fiunt varices grosse: vt est digit⁹. ¶ Et differt hernia a ruptura inguinali que duplex est quedam est relaratio qdam: ꝛ que dam est ruptura: quia cum ruptura manib⁹ tangitur multum dolet. ꝛ qñ est hernia nõ: qꝛ intestina plus sunt sensibilia quã zirb⁹. ¶ Si gna aquose sunt quod pellis fit lucida. sicut vesica plena aqua ꝛ cedit tactui ꝛ si resupineẽ eger ꝛ comprimatur non facit rugitum. neqꝫ dolet. ¶ Signa ventose sunt quod nõ cedit ta ctui ꝛ tenditur pellis: vt timpanuz. ꝛ sonat cũ percutitur. ꝛ si comprimatur rugit. ¶ Signa carnose sunt. nam intra chistim inuenitur ma nifesta duricies non cedens tactui separata a pelle testiculorũ adest grauitas. ꝛ sic de aliis. ¶ Varicosa autem est dura oblonga ad mo dum virge girbalis. ¶ Differt ab intestinali: quia pͥma nõ reuertiẽ: dato ꝙ iaceat resuppi nus in secunda sic. ¶ Itẽ ruptura intestinalis a relaratione que si est ruptura cũ ꝯprimiẽ ci to descẽdit ꝛ si nõ: nõ sic cito. ¶ Pronostica tio varicosa est difficilis curationis ꝛ ꝯsequẽ ter alie. ¶ Cura aquose premissis vniuersali bus. sicut decet vt cum pillulis fetidis ꝛ aliis euacuantibus aquositatẽ est: vt primo exicce tur aquositas. Et hoc cũ vnguẽto de costo ꝛ emplo exiccatiuo qđ fit ex sale boliarmeno ci peris. stercore caprino ꝛ aceto forti. aut pͥmo fiat fomentatio cum isto. Recipe fiseleos ci mini ana vnciam mediam. florum camomil le melliloti ana manipuluz vnum. bulliant in libris tribus aque vsqꝫ ad consumptionem tertie partis. deinde emplastretur cum isto. Recipe masticis vnciam vnam. nucum ci pressi vnciam mediam. gũmi arabici dragan ti ana dragmas duas. puluerizentur. ꝛ cum oleo rosarum fiat emplastrum vel cerotum. addendo de pice vel rasina quantum sufficit perforatũ in medio sic ꝙ virga intrare possit. prohibet enim ne mã fluat ad locũ. ¶ Vtaẽ rebus assis vino puro. Et si nõ põt consumi aquositas cũ medicinis. fiat pforatio in dua bus partibus cõmissure duoꝝ testiculoꝝ ꝛ ex trahatur illa aquositas paulatim. Aut caute rizentur. ꝛ foramina duo fiant cum tenta in

tincta in vnguento adustiuo: aut inuoluta in puluere assodiculorum. ꝛ hoc vbi eger caute rizationem timeret cum ferro: aut incisionẽ. ꝛ post abstractionem aque continues super locũ vbi consueuit apparere ruptura siphac. ¶ Emplastreẽ cuz boloarmeno. mastice mi rtis cum albumine oui. ꝛ continue differatur donec vulnera sint consolidata. ¶ Et si expe dit mũdificetur locus cũ vnguento apostolo rum. deinde consolidetur cum vino calido. ꝛ puluere nucũ cipressi. ¶ In lactãtib⁹ autẽ vt plurimũ p se curanẽ bonitate nature. ¶ Cura ventose est. vt iungaẽ locus cũ oleo de aneto vel de lilio. ¶ Sedeat. in aqua decoctionis calamẽti. origãi. ameos. carui. amomi. satu regie ꝛc̃. ¶ Emplastreẽ ẽt cũ istis pulueriza tis cum farina lupinorũ ꝛ olo lauri. ¶ Vtaẽ sinapi carui ameos feniculo ꝛc̃. Bibat vinũ acutum albuz. Abstineat a somno diei a coy tu. ꝛ sic de alijs. Fit etiam perforatio vt in aquosa. quia in omni ventosa semper est ali quid humiditatis. ꝛ cura est eadem vt supra in aquosa. ¶ Cura carnose licet sit valde diffi cilis est vt mollificetur cuz emplastro de gũ mis ꝛ pinguedinibus. deinde procedas cũ re solutiuis iterato cum mollitiuis ꝛ sic vltra. ¶ Et si nõ curaẽ isto modo excorieẽ carnosi tas a testiculis ꝛ eleuatur cum suis radicib⁹ ꝛ post continueẽ pellis suendo ꝛ confortetur locus ꝛ consolideẽ sicut decet. ¶ Consulo tñ vt non prorũpas ad hoc. ¶ Cura intestinalis rupture vel relarationis est eadem: sed inte stinalis indiget fortioribus. ¶ Super omnia quiescat ꝛ iaceat cruribus aliqualiter eleua tis. ¶ Ommittat etiam omnia inflatiua ꝛ dure digestionis. ¶ Cingantur cuz lũbari de panno. aut de ferro inuoluto fustanico vt non dilatetur cui sit coniunctum pluuiateolum triangulatũ repletum valde cũ coto: aut cum pilis leporis. ꝛ erit melius correspõdentẽ in guini rupto ꝛ intromissis intestinis sicut de cet si introduci possunt. Et vbi nõ clisterizeẽ semel vel bis in die sic ꝙ intestina euacuẽtur locus mollificetur ventositas de oppillatiõe remoueatur impedientia reddituz. deinde se deat multuz in aqua decoctionis camomille aneti radicuz altee seminis lini. aut embroce tur cum ista. ¶ Et tũc resuppineẽ eger cruri bus eleuatis ꝛ comprimatur locus eminens ꝛ bursa testiculorum cuz manibus leuiter do nec intestina reducta sint. Et tunc inungatur

Sequitur de febrib⁹ ethicis q̄ distingunt̃ a supradictis duob⁹ generibus fe.s.ephimeraꝝ ⁊ putridaꝝ ꝺm diuersitatē subiecti in quo p̄ncipal̄r caliditas est accēsa.⁊ ꝺm qd̄ talis mala ↄplexio in mēbris est facta vel fiens Ad ethicā eni sequit̃ in mēbris:imo actualiter est mala ↄplexio q̄ d̄r eq̄lis ⁊ facta nō pendens a cā extrinseca vel intrinseca in eē ⁊ conseruari. Ad putridā aūt ⁊ ephimeram feb. sequitur ⁊ est mala ↄplexio q̄ d̄r diuersa ⁊ fiēs: vnde d̄r ethica.i.habitudinalis.q: de difficili remouibilis sicut dicimus ꝙ habit⁹ est qualitas de difficili mobilis siue qm̄ ambitū corporis.i.solida mēbra nō possidet h̄ fe.⁊ h̄ ē sētētia Ga.p̄mo de dr̄iis fe.caᵒ.9 dn̄t ēt fe. ethice specifice iter se.nā tres species de ip̄is ab auctoribus numerant̃.⁊ p̄ncipal̄r dr̄nt ꝺꝫ ꝙ febrilis.caliditas est p̄us in mēbris accēsa ⁊ sic ꝑ p̄us cōicat̃ ⁊ agit in rorē ⁊ p̄mā hūiditatem illas sensibiliter calefaciēdo desiccādo ⁊ cōsumēdo.⁊ sic causat̃ prima sp̄ēs ethice.cū autē predicta caliditas seu maior vlteri⁹ agit ⁊ fortius in tertiā humiditatē que d̄r cambiuꝫ illā etiā desiccādo ⁊ cōsumēdo:tūc fit secūda sp̄ēs ethice ⁊ si vlteri⁹ ⁊ forti⁹ agat ⁊ ꝓcedat in q̄rtā hūiditatē fit 3ᵃ sp̄ēs ethice q̄ curā nō recipit.fit āt vtpl̄ꝫ ethica fe.ꝑ viā p̄mutatōis alteri⁹ fe.putride vł ephimere:vn̄ raro fit ꝑ p̄us icipiēdo nisi fortis cāꝫ ip̄aꝫ itroducat. Ethica aūt prime sp̄ēi cuꝫ difficultate cognoscit̃.⁊ cū facilitate curat̃. Oppositū aūt est in ethica secunde sp̄ēi.⁊ maxime cū ad tertiā sp̄ēꝫ appropinquat. ¶ Ethica aūt tertie sp̄ēi.⁊ lꝫ faciliter cognoscat̃ tn̄ cū ipossibilitate curat̃ in hac tertia sp̄ē sufficit solū blāditoria cura: vtilitates autē supradictaꝝ quatuor humiditatū ⁊ iuuamēta ip̄aꝝ ⁊ dr̄ia inter se sūt dicta p̄mo can. fen p̄ma caplō de hūoribus ⁊ mēbris.ros.n.⁊ p̄me hūiditates p̄ncipal̄r facte fuerūt ad hūectandū iācturas ⁊ mēbra exiccata.⁊ ad nutriendū ēt t̄pe necessitatis cū aliud deficit nutrimētum. ¶ Modus ergo curationis p̄me speciei feb.ethice cum alterantibus frigidis ⁊ humidis ad perfectionem reducitur regulando dietam vt talis patiens cibos assummat facilis digestionis humectationis ⁊ boni nutrimenti:sicut carnes pullinas ⁊ edinas alteratas cum cucurbita vel lactuca cū ponuntur ad decoquenduꝫ assumptas tamē taliter qd̄ faciliter digerantur.⁊ perdices ⁊ aues pue ⁊ oua sorbilia in aceto ⁊ aqua cocta conueniūt eis. Etiam lactuca commesta mellones citruli ⁊ grana. Et poma matura istis febriētibus conceduntur.⁊ piscens parui petrosi etiāꝫ cōceduntur eis vinum etiam quod ab eis bibit̃ sit paruū aquaticū ⁊ bn̄ limphatū vel vinum granatorum est vtile eis etiam in prandio ⁊ in cena. Pro sitis vero extinctione ⁊ corpo-

humor fe.quartane fit densus et grossus q cum difficultate digeritur et euacuatur. vnde et egritudo necessario plongatur: et hoc est notum cuicunqz etiam nō in arte perito. gutta eni aque nō semel cadendo lapidē perforat et cōcauat. Sed diu perseuerādo ipm ɔcauat et perforat propter grossitiē duritiē et ineptitudinē eius. Est ergo expediēs et necessariū ipm humorez melancolicū ɔtinuando sepe digerere. et subsequēter ipsum euacuare semp tollerāte ꝟtute. et in eius digōne ɔsideret hūoris qualitas et quātitas eius. Nam fm diuersitatē ipsius debēt remedia diuersificari. Alius eni et alius syrupus decoctio vel aq̄ vel meª solutiua requiritur in cura quartane facte a melia sanguinea. in qua ēt flobotomia ɔceditur. Et alius syrupus requiritur et medicina in quartana facta a melia colerica ꝑpter adustionem generata. Et sic ēt expedit variare syrupos et medicinas in quartana fe. facta a melācolia flegmatica. et multo plus ēt cōuenit variatio p̄dictoꝝ in quartana facta a melia pura fecali. in qua remedia debēt esse calioza fortioza et magis subtiliātia q̄z in quartanis aliis nunc dictis. Et de his oibus ꝑticulariter dictuz est supra in isto capi. cū de syrupis diuersis et medicinis fecimus mētionez. et totū hoc remanet in iuditio medici in arte periti. ¶ Procedente ergo febre quartana post tres mēses. et vltra. iste syrupus magistralis est vtilis et valde norādus ꝓ digestione māe huius fe. et maxime cum ꝓuenit a melia feculēta ab ifirmo sūmatur sex vel octo dieb⁹ ɔtinuis in hora mō et ordie supi⁹ dictis et declaratis. cui⁹ descriptio. ℞. capillue. radicū buglose domestice et siluestris et floꝝ eaꝝ polipodii an̄. ℥. i. epithimi. ℥. i. folioꝝ sene floꝝ camomille camepitheos sticados an̄. ʒ. vij. camedreos squanti elki nigri an̄. ʒ. iij. fumi terre. ʒ. viii. eupatorii. ʒ. iii. succi pomorum dulciuz. ℥. viii. oia preter epithimū et succū pomorum bulliant in. iiii. libris aque vsquequo redeat ad libras. ii. deide buliant in ea ebulitione vna leui vel acili et epithimum et sucus pomorum predictus. et sic colletur. et cū lib. ii. zuchari fiat syrupus ad sufficientiaz coctus vt possit lōgo tēpore seruari al saluari. et dosis eius est vsqz ad. ℥. ii. quādoqz limphari cū aqua simplici in qua decoquatur anisuz et feniculum ad maiorē cōplacētiam assumētis et quādoqz limphari cū aq̄ scolopendrie et tamarisci seu feniculi vel apii vel capilluene. vel buglose: naz he omnes aque cōueniunt in cura quartane. de quo syrupo assūmat ifirmus. vt de aliis dictū est vsqz ad sex dies et vltra donec digestio in materia innouet. et sic appareat in vrina. Iste eni syrupus appellatus de pomis aut de suco pomoꝝ ponitur a Mesue in suo de appropriatis caº de soda frida facta ex humore melācolico. post cui⁹ syrupi assūptionē expedit et ɔueniūt supradicte pillule ide aut de lapide lazuli in dosi supius dicta vel pul. folioꝝ sene vel alia meª de supius dictis et positis fm q̄ ad mām euacuādū requiritur insequēdo semp in cuiuscūqz ipsaꝝ exhibitōe modum et ordinez et oēs can̄. supradictos memorando semp de innouatiōe et variatōe p̄dictorum syrupoꝝ decoctionū et aquaꝝ fm diuersitatem materie ꝑ illaꝝ digestiōe: ac ēt innouando et variādo medicinas solutiuas predictas et alias fm q̄ō expedit. Et hic notādum q̄ epithimū leuissimā patitur decoctionē: imo statim destruitur ꝟtus eius si vltra decoquatur. ideo semp cū ponitur ad decoquēdum breui tēpore ad ignē remaneat. ¶ Balneuz isup cum aqua dulci in qua aliq̄ flores camomille coquūtur cū modico ordei in declinatōe hui⁹ fe. est cōueniens et iuuatiuū. Sic ergo cū isto ordine procedendo cura feb. quartane interpollate perficitur et adimpletur.

¶ De cura quartane continue.

Cura aūt quartane ɔtinue q̄ tamē raro cōtingit est q̄si ɔsilis et ɔformis supradicte cure quartane iterpollate. nō tamē ɔueniunt ita fortiter calia in quartana cōtinua sicut in interpollata. Et dieta grossior pōt iterpollata cōcedi. Flobotomia ꝟo securius cōceditur in continua maxime ꝑcedente a melia sanguinea. et sic vtriusqz quartane ꝑficitur cura.

¶ De cura aliarum febrium conformiuz predictis quartanis.

Post predictum regimē fe. quartanaruz. sequitur regimē quarūdam aliaꝝ annexarum et cōformiū predictis quartanis q̄ dicuntur qntane sextane et septane que licet rarissime eueniāt. tamen mot⁹ eaꝝ est specificus de qnto in qntū vel de sexto in sextū vel de septimo in septimū diē sicut motus quartanarius de 4º in 4ᵐ. Ego tn̄ nec vidi nec audiui aliquē qui viderit nec ab alio audiuerit se vidisse has febres. Fiunt aūt a melācolia ex flegmate generata ꝑ adustionez fm quod recitat. Auic. ꝑma quarti. et maxime ꝑueniūt iste

ris humectatione ⁊ remotiõe caliditatis ex-
tranee que in mẽbris eſt acquiſita aqua ordei
facta ex ordeo bene fricato a cortice ſuo : imo
remoto ſi pole ẽ añq̃ põat ad decoq̃ndũ ⁊ aq̃
ſimplex decocta cũ zuc°ẽ vtil ⁊ delectabil po
tus ⁊ iuuatiuus ẽt vt dcm̃ eſt pro extinctõe ca
loris febril. Sed iulep violatũ plurime ꝯmi-
xtionis cũ aqua actual friđa efficatius opa-
tur in cura feb. ethice ꝑme ſpẽi qui potus ſiue
iulep ẽt de mane põt aſſummi in aurora ſub
actuali fridate. ſicut ſyrupi ſumunt in fe. aliis
in q̃bus eſt neceſſitas digõnis materie. ¶ In
hac. n. feb. ⁊ in aliis ethicis fe. cum a materia
nõ depẽdeant nõ eſt neceſſarium exhibere di
geſtiuos ſyrupos. hi. n. potus ⁊ quicũq̃ alii ſu
pradicti ſemꝑ ſũt aſſũmẽdi iã itegre cibo ⁊ di
geſto ⁊ ſtõacho vacuo. ⁊ nõ alr niſi ſitis adeo
fortis eẽt ĩfirmũ ꝯtriſtãdo ac ẽt ipſum vlteri
us deſiccãdo q̧ eẽt expediẽs aliquem paruũ
potum ſitis mitigatiuuz ꝯcedere ſm modũz
dictũ ſupi⁹ in cura feb. acutaꝝ actoritate Sa.
octauo terrapẽtice. nõ ſunt eni iſti febrientes
feb. ethicis multũ vel diu ſiticuloſi tenẽdi nec
famelici ne corpus vlterius deſiccet. ⁊ iõ non
ſunt etiã tenuiter dietãdi: ſed cibuz ⁊ potuz aſ
ſumat quẽ digere poſſunt tẽporib⁹ tamẽ cõ
gruis ⁊ ordinatis vt decet pro ſuſtẽtatõe v-
tutis. ⁊ ideo eſt neceſſariũ ẽt in iſtis quãdoq̃
ſolaz torturã pulli exhibere: ⁊ q̃ñq̃ ſoluz diſtil
latũ alteratũ cũ vino granatoꝝ ⁊ aq̃ ro. ſz de
bilitatem vtutis ⁊ cõſtantiã patiẽtis. Iſti in
ſuper ſepe os ſuũ colluant cũ aqua ordei. vel
cum vino ꝑuo ⁊ bñ limphato. ⁊ dormiãt quã
tum poſſũt ⁊ regeſcant. Fricationes vo non
cõueniunt eis: ſed ſola q̃ñq̃ aſperſio aque ro.
ad faciẽ ⁊ extrema cũ cauma eſt magnũ ⁊ ca
liditas exceſſiua. ptiſana aũt nõ collata cõme
ſta cũ zucharo ⁊ panis lot⁹ q̃ñq̃ de ſero abſq̃
carnibus vel alio cibo tollerãte vtute ẽ mul-
tum ꝯueniẽs eis. Silr poma cocta cũ modi-
co zuchari ꝯueniunt ad nutriẽduz ĩfridandũ
⁊ humectandũ corpa iſtoꝝ patiẽtium fe. ethi-
cam. ⁊ ad reſiſtẽdum cõſumptõi facte in rore
⁊ humiditatibus aliis. Et iſte ꝑcipue ſunt in-
tentiones que requirunt ⁊ ꝯueniunt in cura
fe. ethice ꝑme ſpẽi. Cameam ĩſuper elligãt pa
tientes hãc feb. taliter ſituatam ⁊ preparatã
q̧ ad fridum ⁊ humiduz tendat in qua aer ẽt
alteretur cum aſperſione aque fride vel eius
curſu rigando ꝑ cameram ſi poſſibile eſt ⁊ cũ
irroratione ad parietes cũ aqua ro. ⁊ ſparſiõe
ẽt ſuper lecto ⁊ vbiq̃ per cameraz cum fron
dibus foliis fridis ⁊ odoriferis marie cũ vio-
lis ⁊ roſis ⁊ ſilibus iſtis dictis ſupi⁹ in capitu
lo cure fe. acutaꝝ. ẽt aperiẽdo feneſtras vt aer
ſilr innouetur. prohibeantur iſti ne dormiant
ſuper renes. ⁊ a rebus ſalſis ⁊ ſale abſtineant
quantum poſſunt: imo q̃cq̃d comedunt ſit ĩſi
ꝑidum ⁊ ſine ſale. ¶ Cõfectiones aũt que cõ-
ueniunt eis pricipalr ſunt confectio quedaz q̃
dicitur manuſchriſtus facta ſoluz ex zucharo
⁊ aqua ro. cuz tamẽ querit cõfortatio maior ſi
at cõfectio ex margaritis zucharo ⁊ aq̃ ro. Et
ſi addantur huic cõfectiõi ſandali citrini ⁊ ru.
atq̃ corali erit magis ꝯueniẽs. ⁊ iſta talis vo
catur ꝯfectio de ſandalis ⁊ coralis. Si autez
vlterius expedit pro maiori cõfortatione vtu
tis ſũmatur confectio de lapidibus precioſis
abſq̃ aromaribus ſupius poſita ⁊ deſcripta
in cura feb. acutaꝝ ⁊ ſincopalis hũoroſe ⁊ zu-
charata ꝯfecta eſt vtilis eis. Epithima ĩſuper
cordiale recẽs factuz cuz cãphora. ⁊ quãdoq̃
etiam ſine ipſa ſuperius poſitum eſt vtpluri-
mum ꝯueniẽs ⁊ neceſſariũ in hac fe. niſi ſtri-
ctura pectoris ſeu malitia hãnelitus ipm̃ pro
hiberet ⁊ ab hũidis fridis ⁊ ꝯſtrictiuis eſt pre
cauendum in iſto caſu. Sz loco epithi. ſi expe
dit fiat iſte ſaculus cordialis. cuius deſcriptio
℞. ſandaloꝝ alboꝝ ⁊ ru. añ. ℥. ſ. floruz buglo-
ſe boraginis ⁊ melliſſe floꝝ abrotani rox. ana.
ʒ. ii. coralorum corticũ citri ſirici tincti in gra
na oſſis de corde cerui. beẽ albi ⁊ ru. añ. ʒ. i.
gar. cinamomi lignial. croci. añ ℈. i. Et ſi ad
datur. ℈. i. ambre. ⁊. ℈. ſ. camphore. erit vtili-
or fiat ex omnibus ſaculus in drapo tincto in
grana. ⁊ cũ apponit ſupra cor ſuffumiget cum
aqua ro. meliſſe endiuie ⁊ bugloſe addẽdo q̃d
modicum vini albi ſubtilis ⁊ odoriferi. Et ex
iſtiſmet pulueribus poteſt etiam confici epi-
thima cordiale ꝯueniens in hac feb. abſq̃ vi-
no ne calefaciat: ſed ſole cum aqua ro. meliſ-
ſe endiuie ⁊ bugloſe ⁊ vſus epithimatis ⁊ mo
dus ⁊ tẽpus approximationis ipſius cuz pan
no de ſcarlato vel alio panno tincto in grana
⁊ omnis circũſtantie que in eius vſu requirũ
tur ſunt dicte ſuperius in capitulo cure fe. acu
tarum. Epithima tamen ſemper efficatius ⁊
vigoroſius operatur quam ſaculus cordialis
imo etiam cum ſui vtute citius tranſit ad
cor. ⁊ ideo vtilius eſt vti epithimate ſi poſſi-
bile eſt q̃z ſaculo cordiali. Expedit etiam pro
cura huius febris quandoq̃ vti epithimate

epico superius posito in cura fe.acutaꝝ.ibi ergo pro eius descriptione.ac ēt pro debito modu vsus ipsius aspiciaꝛ cū necessitas vocat ad illud. Et lotio ad extrema alteratiua caloris atqȝ somnifera ad man⁹ brachia pedes ⁊ ad crura est etiaȝ ipsis conueniens ⁊ iuuatiua in tēpore suo ⁊ iam ipsuȝ posuimus in capitulo fe.acutaꝝ.⁊ si expedit syrupū de papauere febrientibus exhibere pro alteratione caloris febrilis ⁊ pro somno prouocando si sūmatur cū aqua frigida est vtilis ⁊ conueniens ⁊ vltra ꝑdicta nō permittaꝛ.vt feces exiccentur in intestinis ipsorum.imo venter lubricus teneatur si expedit cū clisterijs alteratiuis ad frigiduȝ mollificatiuis ⁊ lenitiuis factis qn̄qȝ cū decoctione blitis ⁊ malue ⁊ foliorū matris violaꝝ cū melle violato ⁊ cassia que de cannulis suis nouiter extrahaꝛ cū modico salis ⁊ oleo violato in proportōe oīum predictorū dicta superius in capitulo generali cure fe. putridaruȝ. Ad idē ēt confert ⁊ iuuat clistere factū solum cū oleo violato in quantitate sufficiēti ⁊ in intestinis retento vt alteret partes illas quanto plus pōt in infirmo.⁊ si ēt fiat clistere superius positū in allegato capitulo factū ex aq̄ ordei succo blitis vitello oui pullis zuchari oleo violato ⁊ modico salis. erit vtile ⁊ conueniēs etiā laudaꝛ ad idē ⁊ conuenit clistere factum ex solo succo cucurbite in tēpore suo cū querimus fortē extinctionē caloris. ac ēt conuenit clistere factū ad eandē intentionē humectationis ⁊ infrigidatōis cū aqua endiuie ⁊ portulace.⁊ superius oībus iuuat ⁊ confert ad alterādum ⁊ humectandū clistere factū solū cū aq̄ foliorū violarū retentū in intestinis pluribus horis si possibile est.etiā suppositoria cōmunia conueniunt eis ad incitandū expulsiuam virtutē vt egestiones nō retineanꝛ in itestinis ⁊ si expedit in pricipio huius fe.stante aliquali repletōe in stōacho ⁊ itestinis ad lenienduȝ egestiōes ⁊ ad educendū mās contentas in locis ꝑdictis vt exhibeaꝛ cassia seu māna distēperata cū decoctōe cōi recenti seu cū aqua ordei vel endiuie fiat ꝓm modū dictū superius. alie aūt fortiores medicie marie solutiue non conueniunt fe.expedit īsuper renes istorū inungere spōdiles ⁊ nuchā so^m^ cū oleo violato permixto cū oleo nouiter facto de amigdalis dulcibus vt remittaꝛ excessiua caliditas i partibus illis exiccatōi corporis resistatur. si aūt fiat ꝯplicatio fe.putridaꝝ ⁊ ethicarū.sicut sepe ꝯtingit qꝺ simul ꝯiungiꝛ ethica cū flegmatica fe.seu cū colerica tūc medicus sollicite curā adhibeat ad illā pricipalr̄ q̄ est maioris periculi nō dimittēdo totaliter curā alterius cū remedijs suis ꝓm modū ⁊ ordinē hic ⁊ superius dictū in cura generali ⁊ particulari fe.putridarū.vtpl̄m aūt ⁊ sepius est interdū poti⁹ ad fe.ethicā q̄ȝ ad putridā cū cōiter sit maioris periculi.⁊ licet aliqualiter lesio fiat dimittendo curā alterius seu exhibendo remedia q̄ illi inferant aliqꝺ nocumentū. qn̄qȝ tn̄ cōtingit ꝙ cura vtriusqȝ ꝯcurrit in remedijs vtriusqȝ fe.saluo q̄ȝ in euatione materie facientis fe.putridā sicut in ex^o^ ꝑpendiꝛ qn̄ coniūgitur fe.ethica prime spēi cū fe.colerica de colera subtili ⁊ multū acuta. ⁊ hec est sentētia q̄ trahitur ab Aui.ꝑ^a^ quarti capitulo vltimo ⁊ ex Gal.x^o^.⁊ xi^o^terrapentice:discurrat ergo medicus in cura taliū fe.cōplicataꝝ adinuicē diligenter examinādo cū recto iudicio discursiuo quanto plus pōt veritati ꝓpinquo.ille enī est melior medicus q minus errat in curis vt ait Gal. secundo de crisi. Nunc vltimo vt melius ad memoriam supradicta omnia reducantur assummendo predictam curam ⁊ illam ad breuem ordinem reducam notando solum vtiliora ibi posita in paucis verbis sufficit ergo pro cura integra huius fe.ethice prime spēi so^m^ qn̄qȝ procedere prosequi ⁊ finire cum supradicto regimīe cibi ⁊ potus ⁊ cuȝ rectificatōe aeris habitatōis infirmi. ac etiā cū aliquo de supradictis clisterijs alteratiuis ⁊ lenitiuis semper a leuiori incipien^o^ ⁊ cuȝ inunctione facta solum ad spondiles ⁊ renes cum oleo violato ⁊ ad partes pectoris ⁊ cum oleo violato ⁊ de amigdalis dulcibus alterando ad frigidum ⁊ humidum etiam corpus ab intra cum iulep violato cum multa aqua ꝑmixto assumpto semper horis ⁊ temporibus cōgruis ⁊ requisitis.⁊ in quantitate sufficienti secundum quod dispositio exiccationis ⁊ sup calefactionis exigit ⁊ requirit. ⁊ ad idem etiā confert syrupus acetosus simplex cum multa aqua permixtus ⁊ assumptus sub actuali frigiditate. Epithima autem ⁊ omnia supradicta fiant si expedit pro integra cura.sed vtplurimum nunc supradicta sufficiant.Balneum auteȝ aque dulcis ⁊ exhibitio lactis ⁊ electuarij restauratim cum testudine factum plus conueniunt in cura febris ethice secunde speciei.ibi enim de ipsis mentionem faciemus.

¶ Si tamen hec expediunt quia huius febris cura aliter ad finem laudabilem peruenire nō possit in temporibus congruis dicendis inferius exhibeat ꝛ fiat. ꝛ si prisana ordeacea quādoqꝫ exhibeatur cōstante virtute predictis febrientibus: erit vtilis ꝛ cōueniens ꝛ cancri fluuiales similiter. Sic ergo cuꝫ predictis remedijs perficitur cura ethice prime speciei. transeamus ergo ad curam alterius.

¶ De cura febris ethice secunde.

Cura febris ethice secunde speciei consistit ꝛ sic perficitur cuꝫ supradictis remedijs diutius tamen continuatis ꝛ innouatis cum quibus perficitur cura febris ethice prīe speciei. licet frigidiora ꝛ humidiora conueniunt ꝛ cum virtute aliqualiter stiptica prohibēte dissolutionem membrorum in fe. ethica secunde speciei quia maior caliditas ꝛ exiccatio in ea processit q̄ȝ in ethica febre prime speciei. imo est cum manifesta liquefactione membrorum intantum ꝙ in hac febre iaꝫ sensibiliter apparet vnctuositas in vrina. ita ꝙ est signuꝫ certum significans super ethicam secunde vł tertie speciei quare est maior restaurationis. extinctictionis caloris. humectationis. ꝛ ꝓhibitionis resolutionis ꝛ liquefactionis necessitas in hac febre q̄ȝ in febre ethica ꝑme speciei vt dictum est. Sunt ergo cibi laudabiles assūmendi de predictis superius pro nutritione ꝛ humectatione fienda. inter quos maxime vltra predictos cibus lac muliebre laudaᵣ ꝛ cōuenit inter omnia genera lactis sumptum ex māmilla ꝛ mane vacuo stō:acho. ꝛ post ipsuꝫ est ꝛ ponitur lac caprinuꝫ ꝛ magis nature humane est simile ꝛ conforme. Asininum autēꝫ lac minus est nutrimentum. sed magis est alteratiuum ad frigidum ꝛ humidum. Cōmuniter autem ꝛ vtplurimuꝫ vtimur lacte caprino solum in istis febrientibus ꝛ in quibuscūqꝫ alijs dispositionibus quibus conuenit. q: non sic displicet vt humanum nec sic est displicibile seu abhominabile vt asininum debet tamē capra esse iuuenis ꝛ bene nutrita ex herbis foleis ꝛ frondibus frigidis vt vitis ꝛ salicis. ac etiam debet nutriri ex ordeo vel spelta. ꝛ lac cum assūmitur nullam moram extra māmillam contrahere debet. sed statim cum mulsū fuerit sub actuali caliditate ab infirmo sūmatur de mane ꝛ in aurora vsqꝫ ad ciatum vnū ꝛ vltra si expedit vsqꝫ ad ciatos duos dūmodo bene digeratur a patiente. ꝛ si accescat in stomacho ipsum assummat cum zucharo. q: multum iuuat ad prohibendum acetositatem ipsius. Et si non valet admitto zuchari non assummat. sed dimittatur omnino procedendo in cura cum alijs remedijs supradictis ꝛ dicendis inferius. lac autem supradictum nō debet assummi nisi vacuo stomacho. nec aliquid post ipsum nisi adminus transeant tres hore vel quattuor vlterius in hac fe. multum conuenit illud elec^m restauratium. immo est necessarium factum cum carne testudinis ꝛ sine ipsa: cuius descriptio. Recipe liquir. mūde zuchari rosati. añ. ℥. ij. draganti gūmiarabici. añ. ℥. iij. sandalorum citronorum ꝛ rubeorum seminis papaueris albi floris vue agrestis ꝛ abrostini succi liquiritie amidi seminuꝫ portulace seminis lactuce ꝛ scariole seminis melonis cucurbite ꝛ cucumeris citrulorum seminis malue viclarum ana. ℥. i. ſ. spodij cinamomi electi croci ana. ℥. ſ. carnis vnius testudinis decocte in aqua minutim incise iulep rosati. ℥. iiij. lactis amigdalarum dulciuꝫ. ℥. iij. zuchari albi lib. i. fiat electuarium ꝙ ponatur in scatula parua: sicut ponitur elmarza pane de quo assummat infirmus de mane ꝛ sero ad quantitatem castanee grosse ante omnem cibum per duas vel tres horas ꝛ minus ꝛ vacuo stomacho. si autem post ipsum statiꝫ bibat medium ciatum vini parui ꝛ bene limphati esset vtile ꝛ conueniens. ¶ Et si testudo predicta decocta. construatur etiam in forma marzapanis cum. ℥. iiij. aromatum de dyagragante: cuius descriptio ponitur a Nicolao in suo antidotario ꝛ cum. ℥. v. iulep rosati ꝛ cum lib. i. zuchari albi esset magne vtilitatis ꝛ efficatie ꝛ delectabile magis q̄ȝ electuarium supradictum. ꝛ istud etiam est assummendum in dosi tempore ꝛ modo predicto. ꝛ si fiat etiam sine testudine est iuuatiuum.

¶ Confectio insuper de triasandalis omni tēpore conceditur febrientibus febre ethica ꝛ in quacunque specie sit: si autem querimus confortationem virtutis ꝛ restaurationis deperditi tunc istud electuarium construere possumus in forma predicta. Recipe lapidum omnium preciosorum ꝛ limature auri ꝛ argenti descriptorum superius in confectione de lapidibus preciosis in capitulo febris sincopalis minute. ℥. iiij. in totum quinque seminum cō

munium frigidorum et mundatorum ana.ʒ.ij.succi liquir.amidi se. lactuce scariole et endiuie ana.ʒ.i.ſ.lactis papaueris albi.ʒ.ij.lactis amigdalarum dulcium.℥.i. iulep rosati.℥.iiij.cinamomi electi.ʒ.i.croci.ʒ.ſ.pulparum decoctarum caponis vel galine iuuenis seu perdicis vsque ad ℥.viij.zuchari quantum sufficit fiat ex omnibus elec^m formam marzapanis redactum de quo assummat infirmus eo tempore modo et ordine supradictis in primo electuario restaurativo descripto superius. ¶Et si membrorum dissolutio procedat vlterius non est malum predicto electuario addere de zucharo rosato vsque ad.℥.ii.et.ʒ.i.spodii. ¶Et hic notandum quod medicus cum prudentia sua debet et potest de supradictis medicinis simplicibus addere construere et minuere secundum quod ipse perpendit et videt quod dispositio exigat et requirit.adherendo etiam complacentie assummentis iuxta sententiam commentatoris illo aphorismo parum deterior cibus et potus. Si autem pulpa caponis in aqua decocta et cum lactuca alterata construatur solum et fiat electuarium cum aromatibus de dyadragante. sicut cõmuniter fit.et sicut plurimũ habetur in vsu erit vtili et iuuatiuum et minoris displicentie patienti hanc fe.ethicam secunde speciei. Et ad renes lumbos spondiles et spinam fiat talis inunctio. Recipe olei rosati citoniorum et nenufarini ana.℥.ſ.sandalorum alborum.ʒ.i.rosarum coralorum spodii sumach se.endiuie et lactuce mirti ana.ʒ.ſ.succi plantaginis vel semperuiue lactis caprini ana.ʒ.ii. aceti modicum et cere albe fiat inunctio mane et sero cum pena vel cum coto ad loca predicta.et pectus et spatule inungantur cum oleo violato et de amigdalis dulcibus.he autem inunctões etiam sumpto cibo leuiter leniendo possũt administrari. ¶Balneum insuper aqua dulcis in qua decoquitur ordeum. ac etiam sine ordeo est istis febrientibus necessarium. et cum querimus alterationem maiorem. sicut sepe ad illam necessitas in hac febre nos iducit vt infirmũ saluemus a morte tũc in aqua ad decoquendum iponimus ordeum lactucam endiuiam vio.ro.flores nenufaris et folia vitis et salicis de oibus partes equales. quandoque tamen de predictis elligimus vnam partem ipsorum secundum quod dispositio febrilis exigit et requirit. Quodcunque autem de supradictis balneis preparetur cum infirmus et ipsum ingreditur sit sub tepida caliditate et non aliter in quo moram contrahat quantum virtus tollerat et non vltra ne propter moram superfluã resoluatur in ipso. ¶Et ab omni balneo abstineat si cum ethica febre sit complicatio febris putride.nisi ipsa putrida iam ad declinationem deuenerit.tunc enim balneum vnum de supradictis eis non est prohibendum. ¶Et abstineat quicunque patiens quancunque speciem ethice ab accidentibus anime maxime ab ira angustia tristitia et dolore. et sic etiam ab omni exercitio calefactiuo et exiccatiuo superfluo. ¶ Sic ergo cum predictis remedijs est prosequendum in cura ethice febris secunde speciei incipiendo semper cum leuioribus de predictis et cum aliis subsequenter secundum quod expedit conseruando ad virtutem etiam intendendo cum tortura pulli. ac etiam cum ipso distillato et cum sorbilibus et aceto et aqua decoctis et cum vino paruo limphato et cum confectionibus et electuariis aliis inunctionibus et epithimatibus clisteriis recentibus suppositoriis et cum potu aqua ordei et iulep violati permixti cum multa aqua frigida pura. Sic ergo perficitur et completur cura febris ethice secunde speciei si deo placet.

¶De cura febris ethice tertie.

Modus autem curationis et regimen ethice tertie speciei non aliter ad ipsum deuenitur nisi secundum modum dictum statim in cura febris ethice secunde speciei et eodem modo et ordine et cum eiusdem remediis cura prosequitur et finitur raro tamen. immo nunquam huius febris ethice salus acquiritur nisi deus hoc permutatur. ¶ Procedimus ergo in hac febre solum blanditoria cura cum bonitate regiminis et maxime cibi et potus vt cum pullo pisto et sepius cũ ipso distillato alterato cum vino granatorum et aqua rosata etiam cum perdice fasianis et auibus paruis et cum sorbilibus et similibus cibis etiam cum vino paruo et bene limphato. Expedit insuper istis febrientibus cibum in plures vices diuidere numerum multiplicando et quantitates diminuendo vnica vice tantum. Nã in istis virtus est debilis valde et calor naturalis resolutus et diminutus: vñ magnã quantitatẽ cibi vnica vi-

ce digerere non valeret. ⁊ tamen necessitas
adest presentie ⁊ continui nutrimenti propter
defectum ipsius. Similiter ⁊ conuenit recti-
ficatio aeris modo ⁊ ordine ⁊ cum rebus su-
perius dictis. ⁊ conueniunt confectiones ⁊ ele
ctuaria dicta. elligendo ex eis que magis de-
lectant ⁊ conueniunt plus resolutioni virtutis
⁊ iulep rosatum. ac etiam violatū ⁊ inunctio
ad spondiles ⁊ renes ⁊ alia inunctio ad pect⁹
⁊ spatulas est conueniens omnino. ⁊ lac etiā
si in eis digeritur ꝙ non credo nisi ex mām il
la mulieris ab infirmo sugatur. ⁊ tūc tale lac
in istis esset conueniens ⁊ iuuatiuum. imo est
sūmum remedium in hac febre. epithima au-
tem vel saculus cordialis fiat si expedit. Sed
balneum in eis est timorosum timēdo ex ipo
extinctionem caloris innati qui est paruus ⁊
debilis ex resolutōe virtutis quare ipsum tol
lerare nō posset infirmus. Accidentibus etiā
que ad istas febres ethicas quandoqꝫ sequun
tur sicut fluxus ventris ex indigestione eueni
ens vigiliarum instantia debilitas stomachi
sitis superflua. ⁊ angustia magna ⁊ alia plura
⁊ similia istis succurratur eodem modo ⁊ or-
dine vt supradictum fuit in suis capitulis ordi
natis particularibus in tractatu de febrib⁹ pu
tridis. ⁊ hic finitur regimen ⁊ cura trium spe
cierum febrium ethicarum.

¶ De cura ethice senectutis.

Post curam trium generū fe. scilicet ephi
merarū putridarum ⁊ ethicarū licet de
pestilentialibus sit dicendum. incidenter ta-
men hic occurrit sermo noster in regimine ⁊
cura cuiusdam dispositionis que ab auctori-
bus dicitur ethica senectutis non quia sit fe-
bris ethica vel inter eius species reponatur.
nec etiam ꝙ ad aliud genus fe. reducatur. sed
quia in sola exiccatōe ethice febri secūde ⁊ ter
tie speciei satis conuenit ⁊ similatur. Non. n.
est vocanda fe. ethica putrida vl' ephimera ni
si sit cum excessu caloris extranei fixi ⁊ princi-
paliter inherentis in spiritibus humoribus vl'
humiditatibus cordis. In ethica autem se-
nectutis non est calor extraneus modo predi-
cto. imo potius cum predicta siccitate est ca-
loris naturalis ⁊ extranei diminutio sensibi-
lis. ⁊ vtplurimum frigidas excessus licet sicci
tas in humiditatibus ⁊ in membris super fri
giditatem excedat. Sequitur ergo in talibus
exiccato corporis sicut apparet in patientib⁹
ethicam fe. talis aūt consumptio ⁊ corporis ex
siccatio maxime prouenit ex defectu cāldita-
tis inate ⁊ penuria nutrimenti. ac ēt ex malo
regimie in cibo ⁊ potu. ⁊ sic vtplurimum eue
nit a causis frigidis ⁊ in etate decrepita extin
guentibus caliditatem inatam ⁊ opillantib⁹
poros ⁊ vias ne nutrimentum ad membra
possit cōmode pertransire. potus ergo iordi
natus ⁊ superfluus aque frigide pure nō in ho
ra ⁊ tempore suo est quandoqꝫ causa hui⁹ di-
spositionis que dicitur ethica senectutis. ⁊ li-
cet etiam talis siccitas possit cum caliditate
coniungi non perducente tamen ad aliqḋ ge
nus fe. hec enim dispositio in habitudie corpo
ris multum similatur vltime senectuti q̄ etas
decepta nuncupatur. senes enī decrepiti ma-
xime substantifice exiccantur sicut ethice febri
entes in 2ª ⁊ 3ª spē. fe. Circa ergo regimen hu
ius ethice senectutis ex predictis narratis ⁊
declaratis in isto caplo satis clare comprehen
ditur ꝙ esse debet cum cibis potibus restau-
rantibus spiritum ⁊ sanguinem q sint facilis
digōnis ⁊ boni nutrimenti non excessiue cali
di. sed cum virtute fortiter hūectatiua de istis
dictum est supra in caplo. de cura febris ethi-
ce prime ⁊ secunde speciei. si tamen ad gradū
caliditatis ascendant cum virtute humectati
ua predicta adhuc plus laudantur cum ista
dispositio talem patientem ad frigidum ⁊ sic
cum declinare faciat ⁊ reducat ⁊ non solum
ab intra est conueniens talia corpora hume-
ctare. sed etiam ad extra cum inunctione fa-
cta per totum corpus ⁊ maxime ad spinam
spondiles ⁊ renes ⁊ ad partes costarum ⁊ pe-
ctoris cum oleo solo de amigdalis dulcibus
⁊ cum balneo aque dulcis in qua decoquan
tur in saculo lineo flores camomille melliloti
⁊ ordeum. ⁊ quandoqꝫ fit etiam sine mellilo-
to ⁊ sine floribus camomille cum caliditas
esset in corpore prohibens administrationem
ipsorum. summum autem ⁊ laudabile balne-
um esset in hac dispositione in corpore eēt sic
citas excessiua cum extenuatione superflua
ac etiam dominante frigiditate. si fiat deco-
ctio capitum animalium maxime agnorum
vel castrorum in aqua sufficienti quod omni
die est innouandum quia facile corrumpitur
⁊ alteratur. sufficerent enim. 12. vsqꝫ ad. 20. ca-
pita de predictis in duabus brentis aque de-
cocta in quo balneo vt in alijs supradictis ta-
lis patiēs morā trahat leuē ne resoluat in eo.
vtatur tū vsqꝫ ad octo dies solū semel in die

deinde quiescat. & si expedit quod nõ ledat: sz manifestum inferat iuuamẽtum innouet & ite retur ad beneplacitum patiẽtis. Et lac caprinum assũptum cum zucharo vel cuz modico melius cõcedit eis si bene digerit. & si etiã nõ acetat in stomacho: sed multo plus laudat lac muliebre sumptũ a mãmilla. Et electuarium restauratiuũ de quo dictũ est supra factũ cuz capone vel pdicibus est valde ei cõueniẽs cui addẽdũ ẽ cinamomi electi croci gariofiloꝝ ligni aloes añ. ʒ. i. & de pineis mundis ab oĩ cortice. ʒ. ii. qꝫ simul modo reducat ad formã marzapanis vt supradictũ fuit in cura dicte febris de quo mane & sero sũmat infirmus cũ medio ciato vini limphati boni & odoriferi. & añ cenam & pradium p duas horas adminus. & cõfectio ẽt que dicit pignocata que fit ex puris & zuchato nouiter facta omni tẽpore ꝯuenit eis. Clisteria isup lenitiua facta ex brodio pulli puluere zuchari vitelis oui & oleo cõmuni. & modico salis multũ cõueniũt eis. imo ẽt clistere factũ ex solo oleo cõi est eis ꝯueniens Et clistere ẽt factũ cũ decoctiõe blitis & malue & mercurialis cũ cassia melle violato oleo cõmuni & modico salis ad educẽduz egestiones & feces cõtẽtas in intestinis est qñqꝫ conueniens & iuuatiuũ. Sed cũ querit humectatio maior fiat clistere ex sola decoctõe capitũ animalium sicut edos agnoꝝ & castratoꝝ modicum salitoꝝ & similiuz istis. Butyꝝ autẽ est vtile & iuuatiuũ si fit recẽs & nõ aliter ad condiendũ eoꝝ cibaria. debẽt tamẽ eoꝝ cibi diuidi & partiri in plures vices vt facilius digerãtur ab eis. Sũmant ergo torturã pulli vel ipz distillatũ & oua sorbilia vel ꝯsiles cibos in debitis horis. Et ipsoꝝ stomachus ꝯfortet cum inunctione seu fomentatione supius posita & stent in otio & in quiete & somnũ prolongent ad posse vel ipm recurrẽt cũ remediis supius dictis. & vinũ bibãt mediocre nõ paruũ odoriferum & suaue: imo ẽt dulce cõuenit eis: non cuz multa aqua limphatũ: imo ẽt absqꝫ aqua tẽpore hyemis nõ excedendo in superfluo potus ipsius. & abstineant ab accidentibus anime cõtristantib⁹ ipz. & vtãtur & gaudio letitia & rebus delectantibus eos. & sic perficitur regimen ethice senectutis.

¶ De cura febrium pestilentialium.

SEquitur de cura fe. pestilẽtialiũ. que tamen de genere putridaruz existunt. & sic sub ipsis reponunt. nã qdã ex eis fiũt ex putrefactione coleree quedam ex putrefactiõe flegmatis: quedã ex putrefactione sanguinis. sicut & alie fe. putride. vtpl'imuz tamen fiunt pestilentiales fe. ex putredine causata itra venas & in tota massa sanguinea. A putridis aũt fe. supradictis solũ differũt p venenositatẽ & malitiam qualitatis occultã cõicatã humoribus & introductã in eis ab aere putrido & veneno so: cuius putredis & venenositatis cã vtplurimum est supcelestis influxus ẽm rei veritatẽ nobis occultus: hoc tamẽ generale cõprehẽditur & a nobis discernit qꝫ in pestilentiali aere plus dominat mala ꝯplexio ẽt excessiua calida & humida & vltra venenositatẽ pdictaꝫ qꝫ alia quecũqꝫ mala cõplexio. cõtingit eni aerẽ putrefieri maxime apud nos sicut putredo in aqua cõtingit licet nõ sic ad sensuz discernat in aere sicut in aqua. Ex pdictis ergo causis febris pestilẽtialis vtplurimũ fit. & ẽt vtplurimuz est mortalis maxime cũ aer putridus & venenosus cõtinue trahatur ad cor p hãnelitum & per pulsus nec possit modo aliquo vel ingenio euitari. nõ est ergo mixꝫ si ex hac feb. aliqs deficit vnica vice alia die: imo etiam si paucis horis. & maxime quãdo aer est multe venenositatis vt in augumẽto vel statu pestilentie & corpus debile: & dispositum ad recipiendum impressionẽ illius. ¶ Est insuper ista febris morbus contagiosus & trãsiens de regione ad regionẽ de ciuitate ad ciuitatẽ: ac ẽt de homine ad hominẽ: imo sepe contingit qꝫ oẽs in vna domo deficiũt cũ vnus inceperit. Et lz fe. etiam pestilẽtialis quãdoqꝫ ꝓueniat ꝓpter aerem maluz putridũ & alteratũ ex vaporibus eleuatis a corpibus mortuoꝝ in preliis vł ab aqs paludosis in qbus linũ ponitur vel aspaltũ vel alia res q̃ aquã alteret & corrũpat. fit ẽt sz raro pestilẽtialis fe. absqꝫ generali corruptione aeris ab itrinseca cã. & talis ẽt vtplurimũ est mortalis. O ẽs. n. fe. pestilẽtialis vtplurimũ ledũt cor suffocãdo. calorẽ innatum in ipso sicut maxie faciũt venena & maxime calida. & quecũqꝫ alia venenosa. & iõ pncipaliter est adhibẽda diligẽtia magna ꝓ custodia cordis. vt statim in eius cura patebit. Primo ergo cum vocaris ad curam alicuius infirmi patientis febrem pestilentialis diligenter conscidera si sanguis in corpore dñetur vel humores alii permixti in venis cuz eo & cum putredine supradicta: sicut vtplurimuz accidit in pestilẽtialibus vel qꝫ fuerit ex putre

dine sanguinis vel putredine colere vel flegmatis permixtorum simul cum eo. et si sic est secure flobotbomia cuz in principio eius de vena basilica. idest epatis brachii dextri si etas et virtus consentiunt. et non aliter obseruando alias complexiones superius positas que requiruntur in flobotomia fienda inquantum est possibile tibi. Et ad banc flobothomiam in principio medicus debet esse sollicitus et festinus antequam virtus in processu deficiat quia in bac feb. multum cito deficit et prosternitur. Et sit quantitas sanguinis que extrahitur copiosa vsqz ad.℥.viij. tollerante virtute cum secundatione de die potiusquam in vnica vice secundum modum dictum superius. Nam melior est multiplicatio numeri quam multiplicatio quantitatis vt patuit supra Sed ante flobotomiam lenitiuum clistere precedat et sufficit vt intestina a superfluitatibus depurentur ne post flobotomiam trahantur ad venas: si autem flobotomia non conuenit: quia sanguis nõ dominatur nec cũ aliis bumoribus est admixtus: tunc etiam festinando in principio talis feb. farmacum solutiuum est exhibendum secundum dominium bumoris peccantis in bac feb. absqz eo quod expectetur talis bumoris digestio sicut fit in aliis feb. putridis de quibus dictuz est supra. Hec enim egritudo inter furiosas: immo plus quam furiosas est reponenda. ¶ Et ideo in eius principio est licitum erradicare. et euacuare iuxta sententiam Galieni in cõmento illius aphorismi digesta medicari et cetera. ¶ Si ergo sola materia colerica dominatur hoc farmacum solutiuum assumat infirmus constante virtute. ℞ecipe pulpe cassie vsqz ad quar. v. seu.ʒ.x. vel manne vsqz ad quar. vii. seu.℥.i.ʒ.vi. reubarbari electi vsqz ad.ʒ.i. electuarii succi rosa. vsqz ad.ʒ.i.ſ. distemperetur totum cum decoctione communi recenti cui addantur flores boraginis melisse atqz buglose et modicum spice: prius tamen quaz talis medicina distemperetur reubarbarum solum quatuor boris adminus in aqua endiuie teneatur infusum vel in aqua lactis. idest in sero caprino. deinde totum distemperetur vt dictum est. et talis medicina de mane summatur cum conditionib⁹ et modis prout et sicut in aliis superius dictum est sequendo in tempore congruo cum abstersiuo potu vel lauatiuo, et in die sequenti etiam cuz clisteri. Uirtus tamen preomnibus semper consideretur et conseruetur in istis. quia custodienda est in istis plusquam in aliis febribus. Nam de facili in bac febre virtus cadit et ruit. ¶ Et si de reubarbaro non reperitur vel ppter paucitatẽ et impotẽtiaz patiẽtis emi nõ põt vt ponat in medicina pdicta pro euacuatõe hũoris colerici dominãtis in bac febre: tunc loco pdicti reubarbari seu pdicte medicine bãc eligere possum⁹ et debem⁹. cui⁹ descriptio. ℞. pulpe cassie vsqz ad quar. v. seu ʒ.x. electuarii succi rosati vel dyamanne vsqz ad.ʒ.iii. distẽperet cum supradicta decoctiõe communi recenti absqz eo quod in ipsa ponatur spica cũ nõ ponitur reubarbaꝝ et assũmatur mõ et ordine et tẽpore supradicto. Si autem virtus debilis eẽt sic qꝫ predictã medicinam vel aliã de pdictis infirmus sustinere non posset. tunc solã cassiaz vsqz ad quar. vii. seu.℥.i.ʒ.vi. vel solã mãnam vsqz ad.℥.ii.ſ. assummat distẽperatã cum decoctione cõmuni recẽti. ¶ Electuariũ aũt qꝫ dicitur dyaprunis positũ a Nicolao in suo antidotario: cuius dosis est vsqz ad quar. vii. seu.℥.i.ʒ.vi. per se solũ assũptum est vtile et iuuatiuũ. imo vtilius qꝫ sit cassia seu mãna. et ꝯuenit ẽt et exhiberi põt. licz virtus non sit multe fortitudinis vel robusta ad euacuandum materiã colericam buius feb. cõtentam in viis ppinquis stomacho et intestinis distẽperatũ cũ decoctiõe cõmuni recenti vel assumptum in forma dactili in tẽpore ꝯgruo et cũ conditiõibus supradictis: sed quãdo sic assũmit ex eo sufficiũt. v. quarti seu.ʒ.x. ¶ Insequẽduz est tamẽ post pdictarum medicinaꝝ assũptionẽ cum abstersiuo seu luatiuo potu et cuz clisteri similiter in die sequenti sm qꝫ post medicinas solutiuas requirit. Si quis aũt vellet in pncipio baruz fe. cũ querit sola euacuatio colere solũ elec^m de suco ro. exhibere absqz alterius pmitione posset de ipso cõcedere in forma dactili vel distemperato cum decoctione cõmuni recenti vsqz ad.ʒ.v. cõstante virtute. Et fit totidem et eodẽ mõ. et ad eandẽ mãm de dyamãna. Si autem materia buius fe. a predominio sit flegmatica: tunc pro euacuatione ipsius bãc medicinaz eligere debes. ℞. pulpe cassie vsqz ad quart. v. seu.ʒ.x. turbitb electi vsqz ad.ʒ.i. electuarii indi etiam vsqz ad.ʒ.i. zinzi.℈.i.ſ. distemperetur totum cum decoctione communi recenti dicta supra absqz spica. ¶ Ad idem

etiam confert pro euacuatōe materie flegma tice dominantis si sūmatur de cassia vsq3 ad ʒr.v.seu.ʒ.x.ꝛ de electuario indo minori vsq3 ad.ʒ.iii.ꝛ simili modo distēperetur cum decoctione cōmuni recēti vel assūmatur cassia sola seu manna vel dyaprunis in dosi dicta superius cum corpus nō est multe fortitudinis vel robustum.ꝛ sic etiam post operationem ipsaꝝ lauatiuum sūmatur.ꝛ clistere fiat in die sequenti. ℭ Similiter etiam si quis vellet ꝓ euacuatione materie flegmatice faciētis hāc feb.pestilentialem solum assumere electuarium indum minus in principio harum feb. esset vtile ꝛ iuuatiuum.summendo de ipso in forma dactili vel distemperato cuꝫ decoctione communi recenti vsq3 ad.ʒ.v. ℭ Et si materia huius feb.fuerit a predominio melancolica quod tamen raro vel nunquam euenit. tunc pro solutiuo ipsius recurratur superius ad cam cure fe.quartane. ℭ Si aūt materia mixta fuerit colica ꝛ flegmatica sicut vt plurimum euenit ꝛ nō ꝑmixta cū sanguine faciente hanc fe.tunc talis medicina preoibus aliis eligatur. ℞.pulpe cassie vsq3 ad.ʒ.i.reubarbari electi vsq3 ad.℈.ii. agarici infusi in oximelle simplici vsq3 ad.ʒ.i.ſ.masticis salisgēme añ.℈.i.ſ. distēperetur cū supradicta decoctione cōmuni recēti in qua ꝓpter reubarbarum ingredit spica:ꝛ de agarico nō assumatur eius substātia sed sola expressio eius. ꝛ illa solūmodo ponatur in medicina.ꝛ sic summatur in tēpore ꝯgruo cum conditionibus supradictis plenarie obseruatis.ad ꝟtutem tamen semper intentionem habendo ꝛ diligentiam ne deficiat. ℭ Et hic notandum ꝙ agaricus prerogatiuam ꝛ excellentiam habꝫ magnaꝫ super omnes alias medicinas solutiuas in tempore pestilētie ꝛ in euacuatione materierum flegmaticarum ꝛ colericaꝝ maxime admixtarum adinuicē venenosarum ꝛ putridarum.ꝛ maxime a spiritualibus mēbris ꝛ ꝑtibus cordis:sicut expedit in pestilentialibus febribus.nam in partibus istis ꝛ membris tales materie illis temporibus vtplurimuꝫ cōtinentur. Propter ergo eius vtilitates ꝛ iuuamenta si etiaꝫ de ipso ponatur in decoctionibus omnibus supradictis cuꝫ quibus supradicte medicine distemperantur vsq3 ad.ʒ.i. erit vtile ꝛ iuuamentum.nec propter hoc sensibiliter multum fortificabitur medicina vt superflue soluat.ita ꝙ oporteat de solutiuis pre dictis vel aliis lenitiuis nisi quid valde modicum minuere quia parua virtus vel potentia ipsius agarici remanet in decoctione predicta cum in ipsa ponitur ad decoquendum.cū omnis parua quantitas eius virtutem ꝛ proprietatem habet contra materias venenosas ℭ Et si etiam de predicto agarico vsq3 ad.ʒ.ſ.infuso in oximelle simplici cuꝫ modico masticis ꝛ salisgemme ponatur in qualibet de supradictis medicinis pro quacunq3 materia euacuanda.permixto tamen cum eis etiam si sit pura colerica ponendo solummodo expressionem ipsius iuuamentum maximum affert in febrientibus istis. ℭ Sed tunc est licitum ꝛ conueniens diminuere quid modicum de aliis solutiuis de reubarbaro: vel turbith: seu de cassia: vel de manna: vel de electrario succi rosati. vel de electuario indo proportionaliter ne fiat excessus in fortitudine medicine. ℭ Agaricus enim in substantia assumptus est displicibilis valde cuꝫ amaritudine quadam.ꝛ vtplurimum prouocans vomitum.ꝛ est magne potentie in soluendo. ℭ Est ergo eius dosis vsq3 ad.ʒ.vnam vel.℈ quatuor.sed rarissime vtimur eo in substantia tali modo. ℭ In infusione autem assumptus est minoris virtutis atq3 potentie in soluendo. Vnde eius dosis summendo solam expressionem ꝛ per se solaꝫ est vsq3 ad.ʒ.tres. ℭ In decoctione autem absq3 expressiōe posset poni ꝛ assummi vsq3 ad.ʒ.vi. non permiscendo talem decoctionem cuꝫ medicina alia solutiua vel lenitiua. ℭ Et hic notandum qđ qualitercunq3 agaricus preparatur vel assūmatur secum semper ponatur salgemma ꝛ modicum masticis ꝛ corrigatur ꝛ velocitetur in opere suo.tutius est tamen ꝛ sic semper habemus in vsu ipsum potius exhibere in infusione ꝛ permixtum cum aliis medicinis quā per se solum etiam qualitercunq3 preparatuꝫ in infusione substantia vel decoctione. Et sicut salgemma ꝛ mastix agaricum corrigunt sic spica reubarbarum ꝛ zinziber turbith.vnde sine eis assummi non debent. ℭ Clisteria insuper in hac febre conueniunt alteratiua lenitiua ꝛ absterfiua notabiliter calida acuta: vel fortia:vt venter solūmodo lubricus teneatur ꝛ partes inferiores etiam alterentur. ℭ Fiunt ergo clisteria quandoque cum decoctione blitis ꝛ malue. Melle violato. Oleo violato. Et cassia.ꝛ modico salis in ponde

re ⁊ mensura dictis superius.⁊ quandoqȝ fi-
unt cum sola aqua ordei.vitello oui . puluere
zuchari oleo violato.⁊ modico salis. ⁊ quan-
doqȝ fiũt cũ solo brodio pulli ⁊ puluere zucha
ri ⁊ modico salis.⁊ quãdoqȝ fiunt cũ suco bli-
tis ⁊ aliis supradictis in capitulo febriũ acu-
tarum.⁊ fiũt quãdoqȝ cũ sola aqua endiuie ⁊
buglose.⁊ sic ẽt quãdoqȝ fieri possũt cuȝ suco
cucurbite ⁊ oleo vio.imo ẽt quãdoqȝ cũ solo
oleo vio.⁊ suppositoria silr conueniũt eis. ꝓ-
hibeãtur tamẽ acuta clisteria:⁊ silr supposito
ria acuta semꝑ in oĩbus ⁊ p̄reoĩbus ꝯsideran
do ꝟtutez plus in hac fe.q̃ȝ in qbuscũqȝ aliis
de p̄dictis. Et vomitus in p̄ncipio hui⁹fe.si
faciliter fieri põt est vtilis ⁊ iuuatiuus. de vo
mitiuis aũt leuibus ⁊ aliis dictũ est supra in
capitulo cure fe.flegmatice.¶ Et medicine p̄
dicte ꝯueniunt in hac feb.cũ flobotomia non
cõuenit in p̄ncipio.vt cũ sanguis nõ domina
tur vel alij hũores ꝑmixti cũ eo.¶ Silr etiã
he medicine cõueniunt etiã post flobotomiaȝ
sed digesta mã si egritudo ĩdurãs patitur. de
digestiuis aũt ꝯueniẽtibus:sermo noster erit
ad p̄ns.¶ Digestiua aũt predictaꝝ materieꝝ
diuersificanꝭ ꝑm diuersitates materie : sicut
in aliis febribus diuersificanꝭ. Nam pro di-
gestione materiei colerice in hac febre p̄ncipa
liter vtimur syrupo simplici acetoso.cui⁹ do-
sis est vsqȝ ad.℥.ij.limphato cũ aqua endiuie
⁊ acetose ⁊ buglose:vel cũ aqua graminis : qꝛ
proprietatem magnã habet in tẽpore pestilen
tie in resistẽdo corruptiõi aeris.⁊ ꝯtraꝟmes
qui generaliter multiplicanꝭ in tẽpore illo . ⁊
pro eadem mã digerẽda iuuat ⁊ cõfert syru-
pus de acetositate citri positus a Mesue in
suo antidotario in dosi p̄dicta ẽt cuȝ aqua en
diuie ⁊ acetose ⁊ buglose vel graminis vt di-
ctum est.⁊ iulep ro.ẽt confert in digerẽdo ma
teriam colericã hui⁹fe.cũ predictis aqs assũ-
ptus.¶ Si autẽ mã fuerit flegmatica predo-
minans in hac fe.pestilẽtiali.tũc syrupus ace-
tosus simplex cũ melle rosato co.vel cõposit⁹
acetosus ẽt cũ melle ro.co.limphatus cũ pre
dictis aqs est eis ꝯueniens ⁊ iuuatiu⁹. Sed si
materia mixta fuerit colerica ⁊ flegmatica:
tunc etiam acetosus syrupus simplex cũ mel
le ro.co.in p̄n⁹hui⁹fe.solũmodo vel cõpositus
de duabus radicib⁹cũ aceto est cõueniẽs eis
⁊ in ꝓcessu hui⁹ feb. si ipsa ꝑseuerat saltẽ post
septimã diẽ syrupus de bisantiis cũ supradi-
ctis aquis plus laudatur ⁊ cõuenit.¶ Si au-
tem materia melãcolica dominaꝭ: quod ta-
men raro cõtingit.tunc oximel simplex est cõ
ueniens ⁊ iuuatiuum in principio febris lim-
phatus vt expedit cũ aqua capilloꝝ veneris.
⁊ buglose . ¶ Et si cũ predicto syrupo ⁊ cum
aliis ẽt supradictis oĩb⁹syrupis pro quacũqȝ
mã digerenda calida vel frida subtili vel gros
sa ponaꝭ semper quarta pars vel media de sy
rupo de acetositate citri erit sũme cõueniens
⁊ cum hoc etiã nõ pretermittaꝭ aqua buglose.
¶ Et hic notandum ꝙ syrupus acetosus sim
plex in tempore pestilẽtie est omnimode con-
ueniens.⁊ in omni materia pestilẽtialis.¶ Et
si fiat decoctio granatoꝛuȝ citri. ⁊ floꝝ buglo
se ⁊ violarum in aqua simplici esset vtilis ⁊ iu
uatiua ad limphandũ quẽcũqȝ de syrupis su
pradictis.imo vtilioꝛ q̃ȝ aque p̄dicte ⁊ in tem
pore estatis ⁊ veris.⁊ in autũno sicut cõmuni
ter pestilẽtia euenit.¶ Predicti syrupi possũt
⁊ debẽt sub actuali friditate assũmi cuȝ cõdi-
tionibus tamẽ supradictis possibilibus obser
uari.Cõmunis aũt dosis oium syrupoꝝ non
solum in istis febribus:sed in qbuscunqȝ aliis
